PROGRAMMA INVITATORIUM
H. GROTIO
CONSENSUM GRÆCORUM
CUM ECCLESIA ROMANA
DEFENDENTI
ab
AUTORE ORATIONIS
Oppositum.

LAtinos à Græcis illustri non minus sententiarum divortio, qvam animorum implacabili odio jamdiu scissos, atqve multum inter se disjunctos esse, persvasum hactenus, & qvidem recte, fuit omnibus. Sed cum ad fastidium usqve jactata illa Ecclesiæ Romanæ unitas & catholicismus, per schisma Græcorum valde concuti videretur, huic malo vel tandem remedium à *Gregorio* XIII. inveniendum erat, qvi totum orbem vasto animo agitans, magnifica effusissimisqve sumtibus dotata collegia, omnibus pene nationibus, cumprimis Orientalibus instituit (α), ut sic Romam allicerentur ex omnibus Gentibus, qvorum opera deinde Pontifex M. in dilatanda Ecclesia sua uteretur. Nec *Gregorium* spes sua frustrata est, dum, teste *Arcudio* (β) ex hujusmodi seminariis plurimi eruditione clarissimi viri provenerunt, qvorum alii in Græciam & Russiam, ad harum regionum incolas vel ad Apostolicæ sedis obsequium reducendos, vel in officio retinendos, emissi fuerunt; alii maximis prius honoribus & beneficiis Papæ obstricti, Scriptis etiam publicis huic desperatæ Pontificiorum causæ colorem inducere fategerunt. Prodiit hinc *Abrahami Ecchellensis Maronitæ*, Orientalium LL. in Gymnasio Romano & Academia Parisina Professoris non indocti, liber de *concordia Christianarum nationum, per Asiam & Africam, cum Ecclesiâ Latina contra Protestantes.* Hujus vestigiis insistens *Petrus Arcudius Corcyrensis*, spissum etiam volumen, titulo magnifico, *de concordia Ecclesiarum Occidentalium & Orientalium in administratione septem Sacramentorum*, edidit. Huc spectat *Matthæus Caryophilus* Græcus, Scriptis (qvale est *Examen catechismi per Zachariam Gerganum Episcopum Arteusem editi*) pro Ecclesia Latina, celeberrimus. Sed omnium diligentiam, & in ornanda R. Ecclesia curam supergressus est *Leo Allatius Chius*, Vir non Græcæ tantum sux, sed omnis eruditæ Antiqvitatis peritissimus, in *trium* scilicet *librorum* opere *de Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis perpetua consensione*, à Bartholdo Nihusio, anno seculi currentis XLIIX evulgato. Atqve in horum ex aura & auro atilæ Romanæ viventium Græculorum ingenioſe excogitatis & intortis rationibus, qveis fidem, illis librorum suorum titulis peregrinis, novis, paradoxis, adstruere conantur, Jesuitæ, & inter hos cumprimis

Lau-

(α) Vid. Spond. in Greg. XIII. Genebr. ad an. Ch. 1572. Hotting. Hist. Eccl. P. V. p. 300. 301.

(β) In dedic. Oper. de concord. Occid. & Orient. in adm. 7. Sacr.

Laurentius Forerus, in libro posthumo, cui titulus, *Ovum ante gallinam*, repertam esse credunt indivisioni R. Ecclesiæ per schisma Græcanicum valde vulneratæ medicinam. Sed bene est, qvod alii cordatiores, propius admota veritatis face, Ecclesiæ Græcæ faciem lustrantes, eam plane cum Roma irreconciliabilem deprehenderunt, secus qvam isti veritatis Mangones nobis Protestantibus ad credendum obtrudere in animum induxerunt. Sic Ecchellensi Maronitæ *Gabriel Sionita* LL. Orientalium æqve gnarus in Academia Parisina Professor Regius, Libro *de ritibus & moribus Orientalium*, qvin & *Johan. Henr. Hottingerus in Topographia Ecclesiæ Orientalis*: Arcudio *Jacobus Goar Parisinus*, Ordinis PP. Prædicatorum (qvia à sede Apostolica missus totum octennium contrivit inter Orientales Græcos) *Notis* ad *Euchologium* sive *Rituale Græcorum*: Allatio, ex Nostratibus *Petrus Haberkornius* in *Anti-Forero* vindicato, & *Elias Veielius* in *Exercitatione* Historico-Theologica *de Ecclesia Græca hodierna*, ejusqve *Defensione*; ex Reformatis modo laudatus *Hottingerus* in peculiari *Dissertatione, qva animi æ temeritatis Allatium convincit*, mascule sese opponendo id effecerunt, ut jactatus ille perpetuus consensus in perpetuum abierit dissensum. Unus H. Grotius, *Vir*, ex elogio *Riveti* (γ), *ingenii tam ampli & capacis, ut nullis coarctari possit terminus* adhuc repertus est, qvi ex nimio forte in Papatum (δ) studio, Græcorum cum Ecclesia R. Papali consensum tueretur. Ita enim in *Apologetici Rivetiani Discussione* (ε) mentem suam nobis pandit; *Qvam non difficile sit reconciliare Græcos cum Latina Ecclesia, ostendunt partim acta Synodi Florentinæ, qvanqvam ea apud multos Græcorum effectu caruit, partim ea, qvæ in Russia, Polonia, & Lithuania, re ipsa conspiciuntur. Sed sumenda est Ecclesia Græca, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat, sed qvalis est revera, qvalem nobis exhibent scripta Jeremiæ, & decreta nuper facta, Patriarcha Parthenio præsidente. Videbis sacramenta eadem, & dogmata convenientia, ita ut, post factum schisma, Archiepiscopus Thessalonicensis non falso Adriano Papæ Romano* scri-

(γ) in præfat. animadv. ad annot. Grot. in Consil. Cass.
(δ) vid. Jac. Laurentii H. Grotium Papizantem Amstel. 1642.
(ε) p. 10.

scripserit, fidem utrobique esse eandem. Unum est dogma, in quo videtur esse dissensus, de processione Spiritus Sancti. Sed si Arcudium & alios audimus, pax & hic repertu non difficilis. Nam nec Graeci peccant, qui cum Scripturis & Conciliis universalibus, Patribusque multis, Spiritum Sanctum ex Patre ajunt procedere; neque damnare debent Graeci id, quod Latini addunt; ex Filio, *aut,* per Filium, *cum id sensum recipiat commodum, & talem, quem Graeci ipsi agnoscunt, qui in hac controversia non alio tendunt, quam ut Pater agnoscatur fons totius Deitatis.* Digna sunt Viri inter Doctos hoc seculo principis verba altiori discussione & censura. Nos breviter, quantum per temporis & chartæ angustias licebit, ea nunc in partes suas minutim discerpendo expendemus. *Non difficile esse,* primum dicit, *reconcilare Graecos cum Latina Ecclesia.* Crederemus hoc Grotio, nisi tot seculorum experientia, &, quæ ad nostra usque tempora occalluit, Græcorum obduratio, contrarium loquerentur. In conciliandis enim Græcis, præter *Pontificios,* de quibus postea, rei magnitudinem atque difficultatem, seculo superiori satis experti sunt *Theologi Tubingenses,* attestantibus id scriptis, προδρόμων instar, ultro citroque missis & postea editis (ζ). Siquidem in limine ipso agitata conciliatio defecit, & irritum factum omne conamen. Elucescit hoc ex epiphonemate *Responsi* III. *Jeremiæ* Patriarchæ (η): *Rogamus ergo Vos, ne posthac labores nobis exhibeatis, nam Theologos, qui Ecclesiæ lumina fuerunt, alias aliter tractatis, armaque nostra inutilia vobis efficere vultis. Vestram ergo viam euntes, ne amplius de dogmatibus, sed amicitiæ tantum causa, si voluerutis, scribite.* Pergit tamen Grotius prætensam a se possibilitatem ostendere, partim *ex actis Synodi Florentinæ,* partim *ex iis, quæ in Russia, Polonia, & Lithuania re ipsa conspiciuntur.* In synodo Florentina sub Eugenio IV, anno clɔ CCCC XXXIX celebrata, ajunt scilicet, concordiam in quinque illis sancitam fuisse articulis: (1) *Spiritum Sanctum â Patre Filioque procedere.* (2) *Additionem ad symbolum declarativam licite & ex necessitate factam esse.* (3) *In azymo aque & fermentato posse Eucharistiam consecrari.* (4) *Esse purgatorium, animasque in eo juvari precibus & missis.* (5) *Pontificem R. habere Primatum capitis* (hæc nempe Helena erat, de qua saltabant Latini) *in Ecclesiam universalem.* Sed si legisset Grotius historiam

Con-

(ζ) Witteb. 1584. (η) pag. 370.

Concilii Florentini, *à Sylvestro Sguropulo*, qvi Synodo pars non postrema interfuit, conscriptam, & â *Roberto Creygthono* Regis Angliæ Sacellano antè aliqvot annos editam, facile intellexisset, subleſta hæc omnia fide peracta fuisse. Habitus enim est consensus Græcorum tum Latinis neutiqvam absolutus, sed permissivus, pacis & concordiæ politicæ causa indultus, datus à Græcis pressis, auxilii contra Turcas cupidis, damna per Latinos ingruentia metuentibus, vi & importunitate Imperatoris sui Jo. Palæologi, insulsissimi Patriarchæ Josephi minis, & beneficiorum exprobratione, Papæ increpatione, alimentorum denegatione, deniqve largitione adactis, nec ita tamen à suis expositionibus & interpretamentis circa omnes articulos prorsus recedentibus (θ). Huc accedit, qvod nec Grotius tacere potest, *eam unionem apud multos Græcorum effectu caruisse*, nominatim Corcyræos, Methonenses, Eubœenses, Constantinopolitanos. Nec admisere illam, præter M. *Ephesium*, qvatuor Patriarchæ Orientales synodice congregati, omnia acta Florentina anathemati subjicientes. Imo in hunc usqve diem, Florentinam synodum, ipso *Arcudio* (ι) confitente, Græci rejiciunt. Qvare, dum neqve hîc, neqve antea in Concilio *Barensi*, an. cIↃ XCVII, & *Lugdunensi*, an. cIↃ CC LXXIV sub Gregorio X. celebrato, (qvas Synodos Grotium omisisse miror, earum autem succinctam historiam apud *Hornbeckium* (κ) lego) coalescere schisma, & unio in Florentino tam ægre obtenta probari servariqve haud potuit, negotium deinceps longius abiit, patuitqve tandem, frustra concordiam inter Ecclesiam R. & Græcos Orientales qværi aut institui. *In iis* vero, *qvæ in Russia, Polonia, & Lithuania reipsa conspici dicuntur*, aut nullam, aut exiguam plane spem Latinos cum Græcis facile conciliandi, Papæis papizans ostendet Grotius, si cogitaverit, dudum esse genera Russos Græcorum sacris imbutos; alios unionem cum Romanis sequi, horrere eam alios; priores *unitorum* nomine, posteriores *non unitorum* vulgo venire. Hi, qvi Poloniæ Regi subjecti, vel eorum saltem aliqvi, an. cIↃ IↃ XCV, mense Decembri, unionem (λ) inierunt qvidem cum Ecclesia R. Sed anteqvam ad eam accederent, à R. Pontifice, *usum eucharistiæ sub utraqve specie, matrimonia sacerdotalia*, &

(θ) v. Hornb. sum. Contr. p. 896. 905. 912. Hotting. Ennead. Disp. IX. p. 190. 196. Vejelium de Eccles. Gr. Hod. p. 54. 57.

(ι) Conc. L. 4. c. 5. (κ) Summ. Controv. p. 902. 903.

(λ) de qva vide Hist. Eccles. Sclav. L. 4. Possevin. in appar. voce *Rutheni*, Baron. ad calc.

alia plura, sive ad *ritus*, sive ad *dogmata*, qvibus jam semel innutriti erant spectantia, sibi expresse stipulati sunt, qvæ & Papa *Clemens IIX.* illis indulgere coactus est. Cæteri Russi, qvi Duci Muscorum subjecti, horrent qvam maxime Romanorum communionem, ac, nisi ferente necessitate, iis cum edere, vel celebrare sacra detrectant. Qvo spectat illud *Sigismundi Baronis* apud *Hornbeckium* (μ): *Nulli homini infensior Moscus, qvam summo Pontifici, qvem nisi Doctoris titulo dignatur.* Hactenus *Exempla* vidimus, qvæ Grotius pro demonstranda reconciliationis Græco-Latinæ facilitate producere voluit. Nunc ad *Normam* hujus non adeo difficilis concordiæ pedem promoveamus, qvæ, si Grotium audimus, *est Ecclesia Græca, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat, sed qvalis est revera, qvalem nobis exhibent scripta Jeremiæ, & decreta nuper facta, Patriarcha Parthenio cœtui præsidente.* De *Cyrillo Lucari* Grotio nullam hic cum *Andreâ Riveto* (ι) movebimus litem, utpote qvem Alexandriæ primum, deinde Constantinopoleos Patriarcham, & tandem anno clo Ioc XXXIIX à Turcis reste suffocatum, stylo *Jacobi Goari* (ξ), Calvinolatram fuisse, ex ejus tum vita per *Hottingerum* (ο) concinnata, tum fidei Christianæ Confessione (π) Ecclesiæ Orientalis nomine edita (taceam ut nunc *Arsenii Hieromonachi* epistolam (ϱ) de hujus Cyrilli conatibus Calvinisticis Venetias missam) satis luculenter apparet. Qvod autem ex *scriptis Jeremiæ Patriarchæ* consensum Græcorum cum Latinis venari præsumit, in eo semet ipsum atqve alios mire decipit Grotius. Nos certi sumus, ex nemine alio rectius atqve felicius Græcorum à Latinis dissensum, qvam ex Jeremiæ scriptis indagari posse. Id qvod aliqvibus saltem exemplis hic declarare non injucundum erit. Est sane capitale R. fidei dogma, *Papam esse caput Ecclesiæ Oecumenicæ.* Reclamat Jeremias, cum se *Oecumenicum vocat*, & vocari sustinet. Idem Patriarcha *communionem sub utraqve* tuetur (σ): *Dicis*, inqvit, *Vos* (Lutherani) *in sa-*

(μ) Summ Contr. p. 955. de Conv. Gent.
(ξ) Not. ad Theoph. p. 625.
(π) Exstat hæc Genev. ap. Jo. Tornæsium 1633. cum gemin. Censura Synodali Amstelr. 1645. cum Patrum Testim. vestita per Hotting. Tigi 1652.
(ϱ) præfixa hæc est Parthenii Censuræ Synod. Amstelr. 1645.
(σ) Jerem. Resp. 2. p. 119.
(ι) In Grot. Discuss. Dionys. p. 216.
(ο) in Analect. App. Dill. IIX. p. 549 564.

ens cœnæ percipiendã esse utramq; speciẽ, & recte dicitis. Sic enim & nos facimꝰ. Idem blasphemiæ dicã scribit(r) dicentibꝰ (Pontificiis†) *corpus Christi in Spiritu è cælo in sacramentum Eucharistiæ descendere. Clerogamiam* vero ita propugnat (v): *Nos etiam sacerdotibus, qui se continere nequeunt, conjugii usum permittimus. Deus enim conjugium præcepit. Nec ignoramus, conjugio sacerdotibus interdicto, turpia ab ipsis committi.* Vides hic diversitates dogmatum. Ad ritus si respicias, *Jeremias* Romanensibus æque adversus, urget (1) *Trinæ immersionis mandatum, damnata immersione una: nos trinis immersionibus baptizamus, Latini vero una tantum, quod non recte fit. Oportet enim tres personas in una Deitate prædicari* (Φ). 2) *Chrismatis immediatam cum baptismo conjunctionem: Mox etiam, qui baptizatus est, sacro unguento ungendus est* (χ) 3) *Panis ἐνζύμου necessitatem: Panis sit fermentatus, non autem infermentatus. Dominus enim dixit; accipite, comedite, non dixit, hoc est azymum. Item, offerimus non in azymis, sed fermentato, quia hoc revera panis est* (ψ). 4) *Suffocati abstinentiam: Nec quod suffocatum est, apud nos in cibum adhibetur in hodiernum usque diem, sed aversamur* (*). Corollarii loco non pigebit his emblematibus adscribere discrimen, quod idem *Jeremias* inter suam & Latinam Ecclesiam constituit: *Quæ apud nos est,* ait, *sancta Dei Ecclesia, patria Ecclesiarum est, & per gratiam Dei excellit cognitione & de sinceritate gloriatur, in charitate Apostolorum & Patricorum institutorum: Et jam hæc nova* (Ecclesia R.) *in prærogativam orthodoxæ seu rectæ de rebus divinis existimationis successit, capitisque locum obtinet.* Ecce, quam facilem Grotius viam Latinos cum Græcis reconciliandi, ductore Jeremia, invenerit! Sed, quid si forte in *Parthenii*, & qui illum in Patriarchatu præcessit, *Cyrilli Berrhœensis, sive Contari* decretis, anno cIↃ IↃC XXXIX, & cIↃ IↃC XLII. contra Cyrilli Lucaris ὁμολογίαν τῆς χριστιανικῆς πίστεως, Calvino ad amussim consentientem, promulgatis, Grotius invenisset, non quod pueri in faba: præsertim, cum hos duos Patriarchas ita R. Fidei deditos fuisse testentur Historiæ, ut etiam de Altero in SS. Martyrum numerum referendo Roma cogitaverit, narrante hoc *Allatio* (ω), quemque proinde Jesuitica disciplina imbutum, & Jesuitastrum *Hottingerus* (αα) fuisse perhibet? Sed sciat Grotius hos adeo R. sedi obnoxios Patriarchas, dum studiose

(r) Id. R. I. p. 86. (†) Dorsch. Proœm. Musæ Misc. c. Herber.
(v) Jerem. l. c. p. 129. (φ) l. c. p. 36. (χ) l. c. p. 86. (ψ) l. c. p. 241.
(*) l. c. p. 130. (ω) in Epist. ad Nihus P. C. 3 n. 5. (αα) in Anal. p. 558. 861.

plane ac sollicite singula Calvinianæ hæreseos capita, in Cyrilli Lucaris confessione comprehensa describunt ac perstringunt, non ausos tamen, fuisse, illam confessionis partem, qvæ *rejectionem purgatorii* continebat, damnare Constantinopoli, qvam, ad ejusdem confessionis censuram invitatus Papa, districto anathematis gladio Romæ impetere nullus dubitasset. Nimirum *Parthenius & Berrhœensis* omnia confessionis hujus capitula, septimo excepto, ὡς τῆς Καλβινικῆς αἱ ἔχουσα αἱρέσεως. καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς χριστιανικῆς τῶν ἀνατολικῶν θρησκείας ἀφεστῶτα accusant qvidem, sed in capite XIIX. ubi illa *de purgatorio* rejecto pars legitur, Cyrillum Lucarem ut Calvinianum reprehendunt, imo anathemate feriunt, non qvod *purgatorium* negaverit, sed qvod κεκαλυμμένως (occulte) crediderit *post mortem pie obdormientibus non prodesse electrosynas, & sub prætextu rejiciendi ignis purgatorii* (ὅτι προθάσει τοῦ καθαρτηρίου τὰς καθαρτήριον τοῖς *preces pro defunctis Græcis solennes repudiaverit.* Ex *precibus* autem *pro defunctis*, si Grotius cum *Allatio* (ββ) *Purgatorium* inferre vellet, ἀπροσδιονύσως ageret. Illas defendunt Græci, qvi tamen *Purgatorium* vehementer improbant, qvod elegantissima Cl. *Jo. Dieckmanni* Exercitatio de *Dissensu Ecclesiarum Orientalium & Latinæ, in dogmate de purgatorio, L. Allatio, & A. Ecchellensi* opposita (γγ), erudite docet. Tandem Grotius suam thesin, de facile uniendis Latinis cum Græcis, ex *unionis materia*, reddere probabilem allaborat. *Videbis*, inqvit, *sacramenta eadem, & dogmata convenientia, ita ut Archiepiscopus Thessalonicensis scripserit, fidem utrobique esse eandem.* Video, mi Groti, septem & in Græca & in Latina Ecclesia tradi sacramenta (ut sunt: Βάπτισμα, Χρίσμα θείαμύρου, Θεία κοινωνία, χειροτονία, Γάμος, Μετάνοια, καὶ Ἅγιον ἔλαιον (δδ), vel ut Latini enunciant: *Baptismus, Confirmatio, Sacra Cœna, Pœnitentia, Ordinatio, Conjugium, & Extrema unctio*) sed maximam simul in his septem Sacramentis, sive qvoad substantiam, sive administrationem & ceremonias spectatis, video discrepantiam. Utraqve ex opere *Arcudiano*, de *Concordia Eccles. Or. & Occid. in administratione VII. sacramentorum* elucet. Ait qvidem ille (εε): *Ecclesias antiqvissimas Orientis & Occidentis convenire in iis, qvæ ad essen-*

(ββ) in Diss. de perp. Cons. Occid. & Orient. Eccl. in Dogm. de Purg. c. 4.
(γγ) v. § 3. & 7. ad. 26.
(δδ) v. Jer. Patriar. Resp. I. p. 77.
(εε) L. 6. c. 1.

essentiam sacramentorum pertinent: In multis aliis ceremoniis differre, quarum diversitate varie ac mirifice ornentur. Nemo tamen dissensum hic tantum in ceremoniis concesserit, qvi Arcudium pervolverit, sed in singulis fere capitibus insignes circa substantiam pugnas ad oculum demonstrabit. *Variam* Græcorum & Orientalium *liturgiam*, cæteraqve ipsorum *officia* à Latinorum sacris ritibus toto cœlo discrepantia videre licet in *Euchologio*, qvod variis additis diversorum exemplarium lectionibus & notis edidit *Jacobus Goar* supra nobis laudatus. Cui jure meritoqve suo jungimus *Johannem Baptistam Casalium Romanum*, de *veteribus sacris Christianorum ritibus, sive apud Occidentales sive Orientales in Ecclesia Catholica probatis*: nec non *Christophorum Angelum Græcum, de statu modernorum Græcorum a Georgio Phetavio Damiscano latino idiomate vestitum & notis eruditis illustratum.* Qvantum ad *Dogmata*, utut ex veteri orthodoxia multa adhuc retinuerint Græci, ut patet ex illis XX. capp. confessionis fidei, qvæ *Gennadius Scholarius* Machometi exhibuit, & Turco-Græciæ inseruit vir Græce doctissimus *Martinus Crusius* (ξξ); seqviori tamen ævo, ad Antichristianam articulorum qvorundam in fundamentum fidei impingentem eversionem, eosdem cum Romanensibus proh dolor! defeciſſe deprehendimus. Errores hujusmodi, ex recensione *Cl. Vejelii*, (nn) sunt fere seqventes: (1). *Mutatio status* (etiam pie defunctorum) *miseri, in tenebris nescio qvibus, Dei privatione &c. constituti* (qvin & *Damnatorum ex inferno liberatio*) *suffragiis Vivorum, Sanctorum, Angelorum, & B. Virginis impetrabilis.* (2) *Nimia Exaltatio traditionum Synodicarum* (*VII. præsertim Synodorum, qvas magnas vocant, & Patrum Ecclesiæqve infallibilitas.* (3) *Fiducia propriæ justitiæ ac operum meritæ, præcipue eleemosynarum.* (4) *Septenarius sacramentorum numerus.* (5) *Confessio auricularis sive* ἐξομολόγησις *omnium peccatorum* κατ' ἐπιτίμησιν. (6) *Idololatria* εἰκονολατρεία, ἀεροlατρεία, σαυεθλατρεία, ἀγγελολατρεία, ἰγγελολατρεία, πυαεμολατρεία, præprimis conspicua. (7) *Monopolium Episcopale in electione Ministrorum Ecclesiæ, excluso Magistratu Civili & plebe.* (8) Αὐτεξούσιον *liberi arbitrii in spiritualibus, cui initium, Deo autem* προκίνησιν *tribuunt.* (9) *Immane elogium vitæ Monasti-*

(ξξ) p. 107. seqq.

nasticæ. (10.) *Transsubstantiatio panis in corpus, vini in sanguinem Christi.* Tanta apud miseros Græcos hodie regnat barbaries, & errorum, ob neglectum Scripturæ, & cœcum obedientiæ studium, ineluibilium fœcundissima seges: in qvibus Romanos cum Græcis convenire videmus, nec ipsis tam pulchram in Heterodoxia concordiam, qvia resipiscere nolunt, invidemus. Sic nempe *Episcopum Thessalonicensem Adriano* P. vere scripsisse credimus, *fidem utrobique esse eandem.* Sed *unum adhuc est dogma* (En liberalitatem Grotii!) *in qvo videtur esse dissensus, de processione Spiritus Sancti.* Qvam falsum hoc sit, nemo non sanos & a Papæis tenebris liberos oculos habens facile videt. Nolo crambem bis coctam apponere, & singula dissensionis ante memorata capita tædiose hic repetere. Qvis credat, Romanos impostorum ψυχοπαννυχίαν h. e. *Animarum post mortem extra cælum & Gehennam existentium pervigilationem* cum Græcis asserturos: (cujus assertores catalogo Hæreticorum alioqvi accensuit *Bellarminus* (θθ)) *aut Christi judicis adventum post septem annorum millia* demum expectaturos; aut *polygamiam*, ut ita dicam, *successivam* improbaturos: aut deniqve *S. Eucharistiam infantibus* porrecturos (ιι)? Qvorum errorum omnium Græcos jam pridem reos fuisse, uti suos digitos bene noverat Grotius. Ponamus autem, in his atqve hujus generis aliis, non adeo magni (ut forte videntur Grotio) momenti erroribus abdicandis, Orientales non adeo difficiles futuros, si ab externa tyrannide liberatis rectior pleniorqve institutio obtingeret; nunqvam tamen cum Romanis in *Primatum Papæ œcumenicum* conspirabunt. Hic uti primus, ita gravissimus semper dissensionis inter Græcos & Latinos fuit articulus, ex cujus fere solius perpetua agitatione innumeræ turbæ in utraqve Ecclesia fuerunt exortæ. Qvæ omnia nunc repetere ex Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus instituti ratio non permittit. Videndi præter *Hornbeekium* (κκ) *G. Calixtus* (λλ) *& M. A. de Dominis* (μμ), qvi totum Historiæ, Acacianæ cumprimis, contextum diligenter ordinarunt, & *Baronii* commenta veris narrationibus inserta refutarunt. Qvicqvid igitur agant patianturve Græci in pacificationis negotio, Papæ jussa nisi adorent, in com-

(θθ) L. 1. de Beat. c. 1. (ιι) v. Vejelium l. c. p. 10. 11. 12.
(κκ) Summ. Controv. p. 840. 879. 881. 892. 912. 913.
(λλ) Appar. Theol. p. 261. (μμ) de Rep. Eccl. 7, 10. à n. 31. ad 166.

communionem sanctorum (scilicet!) admitti neqveunt. Audi vero σοφὸν φαρμακον, qvod Magnus ille διηνοπτὴς, Græcis & Latinis de processione Spiritus Sancti altercantibus, ex *Arcadio*, suo, sub finem hujus scenæ, applicare audet: *Sed si Arcadium*, inqvit, *& alios audimus, pax & hic repertu non difficilis. Nam nec Græci peccant, qvi cum Scripturis & conciliis universalibus, Patribusqve multis, Spiritum Sanctum ex Patre ajunt procedere: neqve damnare debent Græci id, qvod Latini addunt, ex Filio; aut, per Filium, cum id sensum recipiat commodum, & talem, qvem Græci ipsi agnoscunt, qvi in hac controversia non alio tendunt, qvam ut Pater agnoscatur fons totius Deitatis.* Dubito, in eo dogmate pacem non esse repertu difficilem, cui originem & prima qvasi semina Schismatis *Bellarminus* (νν) imputat, qvæstio item de *Infallibili Papæ autoritate* tam arcto vinculo fuit innexa, formulam hanc *Filioqve* controversam, Latinis, aut *Sergii* III aut *Nicolai* I. autoritate (ξξ), inconsultis Græcis, ad Symbolum addentibus. Cujus rei totam Historiam in compendio texuit *G. I. Vossius* (*). *Arcadium* non est cur hic magnopere attendamus. Audiamus potius *Cyrillum Lucarem* tum Alexandriæ Patriarcham, ad *Jo. Uitenbogardum* ita scribentem (οο): *Ecclesia Græca Spiritum Sanctum* a *Filio essentialiter, & interne, & qvoad esse* (ecce! qvam commodum τὸ *ex Filio* sensum ex mente Græcorum recipiat.) *procedere negat.* Audiamus *Parthenium* in Synodo Jasii anno CIↃ IↃC XLII. celebrata, *Cyrillum* jam Calviniahum reprehendentem, qvod æternam & *Substantivam Spiritus Sancti processionem ex Patre Filioqve constituerit.* Audiamus *Metrophanem Alexandrinum*, qvi *Feblavio* attestante (ππ) ante annos XLVII. orationem habuit, & *processionem à solo Patre* defendit. Eat nunc Grotius, atqve *Græcos in hac controversia non aliud intendere* dicat *qvam ut Pater agnoscatur fons Deitatis*, cum Græci essentialem, internam, atqve substantivam Spiritus Sancti processionem *à Filio* diserte negent. Si autem *Græci non peccant, qvi*, refragante Scriptura, *Spiritum Sanctum* ex solo *Patre* ajunt *procedere*, cur tam immanis hic error visus est Romanis, ut propter illum lapsa

(νν) Lib. II. de Christo c. 21.
(*) de tribus Symb.
(ππ) in præfat. ad Christ. Angelum.
(ξξ) v. Dion. Petav. T. 1. Dogm. Eccles. l. 7. c. 2.
(οο) in Epist. Eccl. & The. Viror. Exc. p. 399.

lapsa Constantinopolis, & Græca Ecclesia sub Turcicum jugum fuerit missa (ęę) ? Sed satis jam satis pugnatum est cum Papiturіente *Grotio*. Ad novam enim pugnam in *Cathedra Theologica* propediem depugnandam, *Calviniani Pontificios ad invidiam usque æmulantes in pace cum Græcis ineunda, nos provocant. Cum enim Divini Numinis* arbitrio & *Ordinis Theologici* prævia denominatione, *Reverendissimi Serenissimique Principes ac Domini* DN. AUGUSTUS *Archiepiscopatus Magdeburgici*, DN. CHRISTIANUS, & DN. MAURITIUS *Episcopatuum Marisburgensis & Numburgensis Administratores Postulati, Duces Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium* &c. &c. &c. *Domini & Conservatores hujus Academiæ indulgentissimi*, Literis *Vocationis*, ut vocant, quas insecutæ mox fuerunt, ex Aula ELECTORALI, *Confirmatoriæ, S. Theologiæ Professorem Ordinarium* non ita pridem me esse jusserint, Clementissimeque constituerint; novi muneris auspicia more à majoribus recepto capere, & *Falso jactatum Calvinianorum cum Græcis consensum, Oratione inaugurali, ὃν Θεὸς παλάμᾳ* impugnare decrevi. Cui rei perficiendæ, cum Vestra, *Magnifice Academiæ Rector, utriusque Reipublicæ Patres ac Proceres, Omnium Facultatum Doctores, Licentiati, Magistri*, Vestra item, *Nobilissimi, Lectissimique Studiosi*, splendida, benevolaque opus sit præsentia, pro eo ac decet, humillimo vos studio atque opere maximo, oro atque obtestor, ut *ad diem Jovis proximum, ante Horam IX. matutinam, in Auditorio inferiori Majoris Princ. Collegii* dicturo, quod sine molestia Vestra fiat, benevolas aures accommodare ne gravemini. Ego ne in publica peccem commoda, aut longo vos sermone morer, operam dabo, & summam hanc mihi exhibitam benevolentiam, promtitudinemque, pari pietate, observantia, officiis atque studiis pensare, quoad vixero, studebo. Scribeb. Lipsiæ Domin. XXI. Trinit. die IV. Nov. Anno cIↃ IↃc LXXVII.

(ęę) v. Gretz. defens. Bellarm. tom. 2. p. 82. Corn. à Lap. ad Act. 2.

TRI-

TRIFOLIUM EPISTOLARUM

Clarissimo & Rerum Græcarum Doctissimo Viro

DN. HENRICO HILARIO,

ad

Autorem Orationis & Programmatis in hoc negotio perscriptarum.

Epistola I.

Χαίρειν ἐν κυρίῳ εὖ πράττειν.

Perquam Reverende, Amplissime, Clarissime, atque Excellentissime Vir, Fautor ac Amice honoratissime.

QUum ante semestre, instantibus nundinis Lipsiensibus, mores meos ad magnum amicum, Dominum Christianum Daumium, Gymnasiarcham Cygneum scripsissem, inter alia quæ remittere is solet donorobis, misit simul unum, quo Tua Excellentia Academiam Lipsiensem invitat ad audiendam orationem inauguralem, quâ effundere ipsi animum [illegible] tum Reformatorum cum Græcis in religione consensum nullius momenti esse. Perlegi Programma illud non sine voluptate, & amico nostro amico atque patrono, Domino M. Buschio Ministerii ac Consistorii Goslariensis p. t. Seniori, ad percurrendum communicavi. Accendit ista lectio in utroque nostrûm non parvam sitim habendæ istius orationis, & quantâ dexteritate ille passim prædicatus Reformatorum cum Græcis consensus a Tuâ Excellentiâ confutaretur, cognoscendi. Quare cum addatus senior noster non [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... rerea negotiorum mole quotidiè premeretur, majorem in modum (quod sponte ego aliàs eram facturus) me rogavit, ut Tuam Excellentiam honorificè suo nomine salutarem, &, si fieri posset, unum atque alterum orationis istius (quam quidem, num typis exscripta sit, adhuc ignoramus) exemplar impetrarem. Promittit ille vicissim officia quovis tempore atque occasione promptissima ac paratissima.

Cæterum, cum in hanc materiam per occasionem descendetim, facere non possum, quin & ipse unum & alterum in medium, quod illum consensum attinet, proponam. Matthias certè jam olim tum, eruditissimum Hottingerum, inter alia sua, de Calvinianorum causa gravidum aliquod quæsivisse in Epistola quadam Ecclesiæ Constantinopolitanæ ad Bohemos Anno 1451. missâ, quâ, Florentinâ unione rejectâ, Bohemos Græci invitant, ut secum in fide ac religione jungantur. Erat tum temporis nullus Byzantii Patriarcha; Septem enim vel octo ante excidium Constantinopolis annis Græci, ut omnes ferè Scriptores annotant, Patriarchâ

erellis eruere. Itaqve Epistola subscriptiones tantùm habuit qvorundam Metropolitarum & nonnullorum ex Clero urbis Constantinopolitanæ. Nomina qvi subscripserint, fuit Macarius, metropolita Nicomediensis. Ubi vero Epistolæ illi aliqvam Calviniani Lectoritatem conciliarent, nodum in scirpo quærunt. Ὁ Νικομηδείας Μακάριος &c., insigni fraude fecerunt, ὁ Νικομηδείας Μακάριος &c., dicuntque, eum tum temporis fuisse Patriarcham, contra fidem omnium Scriptorum. Reperiet ipsa Hottingeri verba Tur Ecclesiastia in Topographiâ ejusdem Ecclesiasticâ pag. 64, Præterea hoc in principio sæculi superioris seculi Hottingero Mr plur. Dominus Simeon Theophilus Turnovius, homo alioqvin non parvæ eruditionis, & Confessionis Bohemicæ in majori Poloniâ, telle Regenvolscio *), Senior. Cum enim spes qvædam tum temporis esset Bohemos religionis Confessores in Poloniâ, Lithuaniâ, & aliis ibidem locis, tum Græcis per provincias Poloniæ, Russiæ, &c. sparsis, posse commodè eos lucrifieri, negotiò etiam Constantinopolim scriptum est, & insignium, qvod jam olim Græci libenter Bohemos, qvorum se prolem nonnulli Calviniani gloriantur, in fidei societatem attraxissent, Epistolam illam Patriarchæ miserunt. Erat tum Meletius Pegas, vir emunctæ naris, & rerum tam Ecclesiasticarum qvàm Politicarum peritissimus, Constantinopoli Vice-Patriarcha. Hic in responsione sua **) fraudem in mutatione nominis commissam sine negotio cernens, in fine monuit, Esse in epistolâ illâ, qvod Bohemi corrigant. Qvæ ficulnea præsidia cur à tantis Viris qvæsita sint, non sine causâ mirandum est. Legitur Epistola illa Græca cum in Catalogo Testium Veritatis Flacii, tum libro 3. confessionis Allatiani, & eadem qvoqve in libello Davidis Chytræi, qvi libellus Confessionem Gennadii, & Epistolas præterea qvasdam Græcas adjunctas habet. Qvid verò in Cyrilli Lucaris causâ non conati sunt Calviniani? Hujus enim Confessionem per omnia Reformatorum fidei respondentem, universæ Græciæ esse confessionem hominibus simpliciori-bus persvadere allaborarunt. Et in Allatio nimiæ temeritatis convicto fonte inscribit Hottingerus, se systema, si allubescat, conficere posse, & ostendere, Græcos in fide cum nullâ parte meliùs, qvàm cum Reformatis convenire.

Roma porro cur se in fide cum Græcis consentire profiteatur, nulla prorsus est causa. Qvid enim in tot Conciliis, eam ob rem institutis,

*) In chronico Eccles. Sclavic. L. IV. ferè in fine.

**) Videatur Epistola hujus Meletii in Chronico jam citato ad nobilissimum Virum

profecerunt? Tanta siquidem Græcorum in dogmatibus ac traditionibus suis servandis est pertinacia, ut nunquam fructuosum eximum foederis sancitæ unionis habuerint. Quod testantur Concilium Lugdunense, Viennense, Florentinum, & alia. Domum namque reversi omnia, de quibus in Conciliis istis convenerat, rescidérunt ac rejecerunt. Sic & Ao. circiter 1545. Metrophanes, Metropolita Cæsareæ, Romam missus, ut unionis ineundæ consilia cum Pontifice ageret, domum reversus ab Ecclesia Græcâ excommunicatus est.

Nostrates, puta Tybingenses, superiore sæculo pene pari modum fuerunt in rediscendis ab inveteratis erroribus hominibus Græcis. Sed & isti frustrà ferè fuerunt. Malunt enim Græci cum majoribus suis errare, quàm meliorem è sacris literis viam ullatenus ingredi. Deus immortalem! quam egregiè & quanta studia nostratibus demonstrarunt, ipsis Mt. Spiritum Sanctum Libro simul procedere, quod tamen ipsis tam nâ vide, è stantibus Actis, comaticum retexere. Quid quod Johannes Eggenstein, ut in D. Stephani Gerlachii Diario MSto. legere est, non ita pridem scripserit, sed paucis abhinc annis demùm evulgato, legitur, cùm Andream Gerlachium, cum de materia hac sermo ipsius me colloquium fuisset, dixisse, Græcos non credituros, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, nisi Græcè id ipsis dictum descendat, idque Græcos doceat. Quid igitur, si Deus superos ipsos meliorem mentem aliquando induturus? Unde nondum legi, Græcum aliquem ad nostras transisse partes, quamvis libentius alias solidiùs cum, quàm cum Pontificiis conversentur. Solus Zacharias Gerganus, Episcopus Arcadiæ in Peloponneso (cujus curâ ac sumptibus edita Novum Græcum Testamentum, formâ quartâ, Wittenbergæ impressum, hanc (spero fideo) à multis scribitur per omnia nostris dogmatibus consensile. Cum verò in Græcia profiteri publicè id non liceat, Nicodemum quendam ipsum fuisse ferè conjicio. Καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἐμίσησαν οἱ ἄνθρωποι. Cæterùm ea, quæ de Tua Excell. mentionem facit, quamvis diu nactam, videre non licuit. Quæ est excellentissimi Vejelii est querela.

Verùm, ne primâ statim vice prolixior aut molestior sim, hic stom Epistolæ abrumpere placet & cætera meliori occasioni reservare. Mitto autem his meis adjunctam Dissertationem Philologicam Amici nostri ac Professoris Græcæ linguæ Helmstadiensis, Domini M. Schmidii, de variis linguæ Græcæ mutationibus; quam æqui bonique ut consulere velit Tua Excellentia, majorem in modum rogo. Addidi præterea Epistolam ante annos de Rebus Constantinopolitanis ad me missam, quam haud in-

grátam

gratiam fore spero; Et eundem Carmen Græcum amici nostri pereximii, Domini Rhedi, qvomodo & hîc terrarum ad Hercyniam & Bructeri radices Græcæ linguæ cultores adhuc reperiantur, qvodammodo cognoscere Tua Excellentia valeat. Qvæ autem tam meo, qvàm percqvàm pio Domini M. Buschii nomine petii, firmiter spero, me haud gravatim & absqve difficultate à Tua Excellentia hâc vice obtenturum. Vale felicissime, Vir Excellentissime, & rei literariæ commodis, Numine non adversante, plurimos adhuc annos invigila.

Datum ex Imperiali Goslaria,
[illegible]

Excellentiæ Tuæ
Perpetuò devotus
HENRICUS HILARIUS, Rector,
antea, triste illud incendium omnia devastaret,
Cellerfeldensis, Rerum Græcarum studiosissimus.

EPISTOLA II.

LOngè gratissimum mihi fuit, qvòd antè semestre non tantùm respondere ad meas: sed præterea & Dominum M. Buschium & me certis tractatibus donare Tua voluerit Excellentia. Maximas sanè, uti par est, gratias pro muneribus ejusmodi utrinque agimus, officia nostra qvavis occasione vicissim pollicentes. Qvòd autem orationem illam attinet, sciat Tua Excellentia, longè majorem (ut solent illa, qvæ differuntur) qvàm antea, ejus habendæ sitim nos incessisse, & si qvid nostra desideria efficere poterunt, adhuc eam nobis à Tua Excellentia mitti peroptamus. Scribit qvidem Tua Excellentia, orationes ejusmodi vulgari ferè non solere. Sed facilis ad hanc objectionem est responsio. Materias enim si respiciamus, altera alteri interdum præferenda est, & sicubi magna & singularis qvædam ad alios utilitas inde redundare videatur, minimè premendas seu in occulto habendas, sed evulgandas potius ejusmodi orationes existimo. Et si fortè in parte rerum aliquis non ita multos studiosos gratissimam Excellentissimus D. Calovius, cum orationem in promotione qvorundam Candidatorum Theologiæ habitam, & De HIDE GRÆCA Interitum, publici juris fecit, qvæ etiam cum reliqvis meis libris Cellerfeldensi incendio amissa est. Hujus itaqve exemplo qvoqve ejus, de qvâ diximus, orationis editionem maturandam censeo, præsertim cum ratione materiæ cognationem aliqvam cum illâ Caloviana habere videatur. Certa utiqve spes nos tenet, preces nostras pondus aliqvod apud T. Excellentiam, qvod hanc rem attinet, habituras.

133

Epistola Constantinopolitana ad Bohemos qvod fraudem passa sit, de eo prorsus non ambigo, nec tamen, qvamvis studiosè admodum perqvisiverim, alium, præter duos jam commemoratos, ejus autorem reperire qveo: Nullum qvoqve Patriarcham Nicomedum unqvam fuisse satis compertum habeo. Verè itaqve fucos faciunt, qvi talia legentibus obtrudunt, & rerum ignaros paria sentire secum faciunt. Allatius merito dicto loco in Epistolâ illâ reprehendit, & mirum valde videtur, qvod in subscriptione nominum fraudem commissam non animadverterit, qvod etiam T. Excellentia in suis ad me literis non immeritò mirat.

Diarium Gerlachii, ex qvo aliqvid in superioribus meis addideram, si dicendum qvod res est, liber est longè utilissimus, & qvidem vernaculâ nostrâ lingvâ editus. Autor est Dn. M. Stephanus Gerlachius, per integrum sexennium Cæsarei Legati Domini Ungnadii ad Portam Ottomannicam Ecclesiastes, homo qvo tum temporis nec facilè prudentior, nec etiam doctior inter Studiosos juvenes Tubingæ reperiri potuisset. Calluit perfectè lingvam Græcam; Philosophus ac Theologus fuit non proletarius, aliarum qve rerum ac artium satis gnarus. Noluit primùm Dominis Professoribus, qvi ei hoc munus obtulerant (causatus viæ longinqvitatem) obsecundare. Accedente verò postea à Principis autoritate, & Cancellario Academiæ Domino D. Jacobo Andreâ dicente: Suscipiendum ipsi hoc munus, & proficiscendum Constantinopolin, etiamsi suus filius esset, tandem paruit, Græcorumqve religione ac moribus diligenter inspectis ac cognitis, in causâ fuit, qvod postea inter Græcos & Tubingenses, sedente Patriarchâ Jeremiâ, doctrinæ examen fuerit institutum. Plurima porrò, qvæ Crusius in Turco-Græciâ perscripsit, huic autori accepta ferenda sunt, ut ex collatione librorum facilè patet. Magnoperè mihi placet, qvod hic vir cum Græcis de fide & religione disserens (Patriarchejum enim singulis ferè mensibus ingrediebatur, & conferendi cum Græcis occasionem frequentem captabat) toties testimoniis scripturæ ita eos repressit, ut nec hiscere qvidem fuerint ausi; ut mihi planè divinitùs in eo loco animum fecisse videatur. Postea rum jam multorum hominum mores ac urbes, ut olim Ulysses, vidisset, in columisqve in patriam rediisset, Doctor Theologiæ renunciatus, ac Cancellarius Academiæ factus est, maximâ cum autoritate Tybingæ vivens. Qvod autem liber nunc demùm post seculum exactum à nepotibus ejus editus est, in causâ esse videtur, qvòd nimis libera judicia de plurimis personis (ipsius qvoqve aulæ Cæsareæ proceribus) in eo perscripta reperiantur, qvæ tum temporis, si liber editus fuisset, summam ipsi invidiam, odium, ac mille pericula creare potuissent. Qvod animadvertentes ipsius liberi, librum tamdiu presserunt, donec omnibus iis extinctis

rior operi in lucem exitus dari videretur. Prostat apud omnes ferè bi-
[illegible] duobus Imperialibus venditur. Multa in hoc libro reperiuntur, in-
primis de religione, ritibus, & moribus recentium Græcorum, qvæ qvis frustrà
[illegible] Indignationem mihi movit ac Nomachum fecit, qvod alicubi de
[illegible] præsidio Domini Legati interfuit, Gerlachius narrat. Cum
[illegible] esset de Pontificis Romani autoritate, legatusqve Italo objecis-
[illegible] set de Paulum, qvorum se Successores Papa jactitant, officium prædi-
candi Evangelii diligenter obiisse, nec secularem potestatem unqvam ambiisse,
[illegible] Petrus und Paulus sind schlechte oder einfältige Leute/
[illegible] gewesen/die sich des von GOtt gegebene Gewalts nicht
[illegible] unterwinden; unsere Päbste sind klüger und wissens besser zu ge-
brauchen. Dolorem qvoqve non parvum concepi, cum miserabilem obitum A-
dami Neuseri, Superintendentis olim Heidelbergensis, legi. Hic enim ex Pasto-
[illegible] rem ejectus, heu! miram metamorphosin, ipsius ne qvidem Ovidius si-
[illegible] mile celebrat exemplum, qvos pachios vocant, factus, & simul Turci-
[illegible] cus Dragomanibus seu interpres, cum annos non ita multos Constantinopoli
[illegible] exegisset, & alios non paucos qvoqve ibidem seduxisset, plane ebrius obierit, ac
ad Mahometh em Prophetam sine dubio sit profectus. Ex adverso autem ri-
[illegible] sus, qvod Johannes Zygomalas pro more suo (qvod etiam Crusius in Turco-
[illegible] Græcis toties commemorat) Legatum Venetum accedens, & literas Crusii ele-
gantèr Græcè scriptas in linu secum deferens, iis ostensis, à legato elegantiam
Græcam in literis Crusii admirante, interrogatus sit, ubi Tybinga sita? se enim
id prorsus ignorare, ipseqve Zygomalas respondent: Se pariter cum ipso id ne-
scire, & credibile verò esse, nuper de cœlo decidisse. Interdum tamen, sed rarius
(ut facilis est lapsus) Diarium hoc habet, qvæ sunt communis erroris. Exem-
pli gratia, cum Gerlachius scribit: Se aliqvando una cum aliis locum invisisse,
ubi monasterium Studii qvondam fuisset. Ubi Germanicè vocat, das Closter
[illegible] Studien; [illegible] cum substantivo. Studius enim
[illegible] facultatem qvi vel suâ sponte,
[illegible] Constantinopoli in hisce, vit, Imbiqve
[illegible] in qvo monachos [illegible], sive
[illegible] Marcelli, in qv[illegible] erant, ductos, constituit, sunsqve
[illegible] qvi hinc Studitæ inter appellati. Factum est hoc, teste Ni-
cephoro, tempore Germani, Episcopi Constantinopolitani circa annum Chri-
R. 730. Hunc monachorum ordinem, ac in integrum redactum restituit, seculo IX. Theodorus Studita, conditis variis vivendi regulis & constitutâ monachis
[illegible] quam ad precat nocturnas carduis surgerent. De monasteriis qvoqve in

monte Atho differens, interdum centum, nonnunqvam pauciora enumerat cum XXIV. tantùm esse, ex probatissimis scriptoribus constet. Sed transeant hæc, ut minoris momenti. Abundè enim alibi utilissimis narrationibus compensantur. Integrum libri titulum apposui, ut facilius in bibliopoliis aghosci possit.

Lingvam Græcam vulgarem qvod attinet, eam pauciſſimi in Germaniâ calluêre. Crusius præ cæteris multum studii in eâ posuit, & tàm ex Græcis, qvi ipsum accessêre, qvàm per literas ex aliis qværendo multa didicit, ac optimè in eâ profecit. Rogavit aliqvando per literas Æmilium Portum, doctissimi viri Francisci Porti filium, literarum Græcarum primùm apud Lausannenses, postea apud Heidelbergenses Publ. Professorem, ut qvædam sibi in schedulâ posita interpretaretur; Sed responsum ab Æmilio tulit: Se novennem, ex Creta patriâ in Italiam à parentibus traductum, eam lingvam non didicisse. Et qvamvis jam adultus à patre discere eandem adhuc potuerit, tamen, ut fieri plerumqve assolet, id facere neglexisse; ut ita ne qvidem hic Græcus eam calluerit. Josephum præterea Scaligerum vulgaris lingvæ peritum fuisse, indicio inter alios versiculos Petri Scriverii, qvibus eruditionem in lingvis Scaligerianam extollit ac celebrat, est iste:

Et Grajus vetus, & qvotidianus.

Meursium qvoqve hospitem in eâ non fuisse, indicat Glossarium ejus Græco-barbarum, qvod haud ita pridem auxisse qvidam Joachimus Buschovius in Academiâ novâ Londinensi provinciæ Scaniæ scribitur. Unde & illum eam tenere haud ineptè conjicere licet. Clarissimus noster Caselius, Græcus alioqvin exactus, veterisqve lingvæ, dum viveret, studiosissimus, novam hanc & vulgarem prorsus non curasse commemoratur. Maximum Calliopoliten Novum Testamentum in vulgarem lingvam transtulisse, apud Hornbeekium in Summâ Controversiarum me aliqvando legisse memini. Ex libris, qvos Tua Excell. ad eam pernoscendam requirit, apud amicum nostrum Dominum M. Melchiorem Schmidium, Græcæ lingvæ in inclytâ nostrâ Juliâ Professorem, reperiuntur (qvod aliqvando ad me scripsit) illi duo: Grammatica lingvæ vulgaris Simonis Portii, et, Dictionarium Græco-barbarum. Uterqve Parisiis est excusus. Qvæ verò curâ atqve impensis Confœderatorum ordinum Belgii in hâc lingvâ edita sunt, ope Clarissimi Daumii Tuam Excell. nanciscì posse existimo. Is enim commercium literarum habet cum nobili s. Heinsio, ejusqve autoritas plurimum, ut animadverti, apud eum valet. In hâc lingvâ aliqvid componere ipsis Græcis difficile videtur. Dicunt enim, facilius esse, decem orationes in lingvâ purâ ac antiqvâ conscribere, qvàm unam in vulgari.

Sed, ne prolixior sim, & tandem concludam, illud saltem indicare adhuc volo-

volo, ne exiguum qvoddam ἀντίδωρον Tuæ Excell. jam mittere, etiam atqve etiam rogans, ne contemnere seu aspernari, sed in bonam potius partem accipere velit. Est autem oratio qvædam Græca Metrophanis Critopuli, famigeratissimi illius Græci Berrhoënsis, qvi Ao. hujus seculi XXIV. in Germaniam venit, Helmstadiqve satis diu substitit, ibiqve cum moraretur, Confessionem scripsit, qvæ Anno 1661. publicè ibi est edita, qvam etiam T. Excellentiam habere arbitror. Helmstadio digressus, Altorfium venit, & ibi qvoqve per tempus est versatus, eoqve in loco cum hanc, in Natalem Domini, tum alias qvasdam orationes publicè habuit. Promisit mihi celeberrimi cujusdam Gymnasii Professor, se omnes eas mihi progressu temporis missurum. Sed hæc prima est, qvam accepi; reliqvas adhuc exspecto. Mihi equidem eò gratiora talia sunt, qvò rariùs hodiè Græci barbarorum jugo miserè pressa aliqvid Græcè elaboratum seu confectum accipere solemus. Metrophanes hic rogatu B. Calixti aliqvando Missam Græcam in ipsius ædibus celebravit, ut ritus Missæ apud Græcos Theologi Helmstadienses eò melius cognoscere possent. Adhuc semel itaqve rogatam T. Excellentiam volo, ut, cum aliud jam ad manus non sit, bono consulere munusculum illud dignetur. Mitto qvoqve decisionem causæ in aulâ Cæsareâ factam Domini M. Cunonis, Rectoris Magdeburgensis, cujus propterea mentionem hic libenter facere volui, qvòd & amicus noster sit, & ipsius parens, Rector qvondam Scholæ Ægidianæ apud Brunsvicenses, contubernalis Metrophanis, ob insignem peritiam Græci sermonis, olim Helmstadii fuerit, de qvo Metrophane sæpius filius hic seu Rector Magdeburgensis aliqvid mihi commemorare Gvelpherbyti, cum ibi viveremus, est solitus. Vale, Vir Excellentissime, & nos eximio tuo favore, ut cœpisti, prosequi perge.

Goslariæ, die 28. Septembris,
Anno 1679.

Excellentiæ Tuæ
Officiosissimus
HENRICUS HILARIUS,
Rector qvondam Cellerfeldensis.

EPISTOLA III.

NOn apibus flores, nec amœni gratia veris
gratior,

qvàm mihi nuper Tuæ Excellent. fuerunt literæ; qvippe qvibus edoctus sum multa, qvæ hactenus ignorârari. Ἐρώτων δ' ἀεὶ διδάσκαλος, ajebat ille, gratissimæqve discere volentibus meritò illæ semper sunt literæ, qvæ de variis rebus nos erudientes doctiores qvotidiè reddunt. Eam ob causam (ut scil. magis magisqve addiscam) nuper qvoqve rursus scripsi ad veterem amicum, Dominum M. Christophorum Arnoldi, Professorem ac Pastorem in Gymnasio atqve Ecclesiâ Norimbergensi, cujus eruditissimas literas aliqvot ab annis ad me missas (ut omnium doctorum virorum) sanctè custodire soleo. Sed, ne prolixior in Exordio sim ad ea qvæ scire Tua Excell. desiderat, qvâ fieri poterit brevitate respondeo.

Quærit inter alia ex me Tua Excell. quo ex libro vel scripto ostendi possit, Dominum Simeonem Theophilum Turnovium Hottingero in falsissima illa opinione de Patriarcha Nicomede præiviſſe. Respondeo: Prodiit ante annos non ita multos in Batavia Chronicon Ecclesiarum Sclavicarum per Bohemiam, Moraviam, Russiam, Prussiam &c. in quarto, Autore Adriano Regenvolscio *; Ex quo opere, & sere ex nullo melius, status Ecclesiæ Waldensium & Hussitarum cognosci potest. Distingvitur autem totum opus in 4. libros, quorum in postremo actio illa Hussitarum cum Patriarcha Meletio comprehenditur, & Epistola ad eum directa simul inibi legitur. Responsio autem Meletii eli paulo brevior, nec illa toti Confessionis Bohemicæ cœtui: sed nobili cuidam viro Polono eidemque erudito, qvi ceu Politicus negotium illud direxisse videtur, est inscripta, cujus nomen, Martinus Bronievius. Reperitur autem ferè in fine libri qvarti Chronicon illud una cum reliqvis meis libris Cellerfeldæ combustum est; absque qvo esset, utramque Epistolam libenter jam simul transmisissem. Cæterum optimè adhuc potest haberi, & constat grossis circiter 18. Misnicis. Qvod verò non à Patriarcha & toto urbis Constantinopolitanæ clero Responsum ad Bohemicæ religionis in Polonia confessores missum fuerit, in causa est, qvod Meletius Byzantio, pendente adhuc isthoc negotio, jam Alexandriam, unde ante biennium, ut vice-Patriarcham ageret, ad tempus lego, redierat. De qvo negotio olim illustrem locum in Epistolis viri incomparabilis, Josephi Scaligeri, me legisse memini. Sic autem ille in literis ad Marcum Vesserum, celeberrimum illum ac in omni antiqvitate versatissimum Patricium Augustanum: Jamque adeò spes erat, Meletium propter dostrinam ac multarum rerum peritiam Patriarchatum Constantinopolitanum renunciatum iri, idque omnes boni enixè optabant. Verùm in cujus locum intrusus est vir furcillis & ἀναλφάβητος, ut est maxima pars monachorum Orientis; Qvo vocato, Meletius ad Alexandrinam suam rediit Ecclesiam, cujus sedes in maxima urbe Cairo est. Hæc & multa alia notatu digna ibi de Meletio Josephus; cui Meletio, etsi Patriarchatu dignissimus esset; idem tamen nihilominus contigit, qvod olim Catoni in petitione præturæ cum Vatinio. Ex Ægypto itaque illam Epistolam ad Bronievium misit; cumque in scriptione adeò brevis fuerit, suspicionem mihi movit, ipsum de negotio unlendarum Ecclesiarum prorsus desperasse. Certè postea nihil amplius ea in re tentatum fuisse ullibi deprehendo; donec tandem hoc nostro seculo Cyrillus Lucaris, Meletii olim discipulus, (qvi cum Germaniam peragraret, etiam Genevam venit, ibique Calvinismum penitus imbibit) conjunctionem Ecclesiæ Græcæ cum Calvinianorum magno suo malo, ac postremùm exitio molitus fuisse legitur. Καὶ ταῦτα ὃ μὲν ἅπας λόγος.

Judicium meum de Diario Gerlachiano Tuæ Excell. placuisse gaudeo. Ego professus sum & adhuc profiteor, me plurimum inde profecisse.

Exemplum Epistolæ primæ à Tua Excell. mihi postea, qvemadmodum petiit una his meis adjunxi. Illud saltem jam simul adhuc Tuam Excell. rogatum velo, ut, si forsan in Photii Epistolas incideris, qvas olim non sine magna voluptate legi, ut eas nobis denuo procurare velit. Pretium qvod pro illis exposcitur tuetur, sine mora bonæ eum gratiæ reddituri, & nullo non tempore vicissim Tuæ Excell. inservire paratissimi. Vale, Vir excellentissime, & solito favore ac benevolentia nos prosequi perge. &c.

*) Chronicon hoc Hotting. in scriptis suis frequenter allegat, hinc id sine honore autoris.

Dabantur Goslariæ, die 18. Decembris, anni supientis 1679.

Tuæ Excell.
Studiosissimus
HENRICUS HILARIUS.

APPENDICIS LOCO

Sequuntur Textus Græci, qui ex Confessione Cyrilli Lucaris, & duabus eidem oppositis Synodis in ipsa Oratione fuerunt adducti Latine.

Orat. pag. 17.

Cyrillus Lucaris Confess. fidei Cap. 3.

Πιστεύομεν τὸν ἄκρως ἀγαθὸν Θεὸν, πρὸ καταβολῆς κόσμου ὃς ἐξελέξατο, εἰς δόξαν προορίσας, μηδαμῶς εἰς τὰ ἔργα ἀποβλέποντα αὐτῶν ὅτε μὴν ἴχνιτα ἑτέραν αἰτίαν εἰς τὴν ἐκλογὴν ταύτην κατιδεῖν σαν. εἰ μὴ τὴν δοκίαν. τὸ θεῖον ἑλεῆσαι, ἀσάφλως, περὶ τῶν τὸν αἰῶνα γενέσθαι, ἀποβεβλημένων, ὃς ἀποβέβληκε. Τῆς δὲ ἀποβολῆς ταύτης, εἰλικρινὴς ἀπόδειξις τὴν ἀπολελυμένην τοῦ θεοῦ ἀυθεντίαν καὶ κυριότητα, ἀρνήσει ἀναμφιβόλως αἰτίαν εἶναι τὴν θείαν θέλησιν· εἰ δὲ τις αὖθις εἰς τὰς τῆς ταξίας νόμους τε καὶ κανόνας τραφείη, ἧς ἡ ἄνω προνοία εἰς τὴν τῶν οἰκουμένης κέρδησιν κυβερνήσιν, αἰτίαν τὴν δικαιοσυνὴν καταγνώσει. οἰκτίρμων γάρ ἐστιν ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ δίκαιος.

Orat. pag. 17. & 18.

Idem Confess. fidei Cap. XVII.

Τὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν καὶ πιστεύομεν. Πλὴν ἦν ἡ πίστις ἡμῖν παρίστησι καὶ προσφέρει, οὐχὶ ἣν ἡ ἀνερεθεῖσα οἰκεῖα διδάσκει μετουσίωσις. πιστεύομεν γὰρ τὰς πιστὰς μεταλαμβάνοντας ἐν τῷ δείπνῳ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐσθίειν. οὐκ αἰσθητοῖς ἰοῖς ὀδοῦσι τρύχοντας καὶ ἀναλύοντας τὴν μετάληψιν, ἀλλὰ τῇ τῆς ψυχῆς αἰσθήσει κοινωνοῦντας. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦ κυρίου οὐκ ἐστιν ὅπερ ἐστὶ τῷ μυστηρίῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατόν τε καὶ λαβεῖν, ἀλλ' ὅπερ πνευματικῶς ἡ πίστις λαβοῦσα ἡμῖν παρίστησι καὶ χορηγεῖ. ὅθεν ἀληθὲς ἔστιν ἐσθίειν ἡμᾶς καὶ μετέχειν, καὶ σωτῆρος εἶναι, ἐὰν πιστεύωμεν. Διὰ δὲ πιστεύοιμεν πάντως ἡμᾶς τὸ μυστήριον κρύπτειν ἀφίστησι.

Orat. pag. 24.

Parthenius Patriarcha C. P. in Decreto Synodali super Calvinianis Dogmatibus cap. III.

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Θεὸν ἐπολίθησιν ἀδικώτατον τυραννικῇ χρώμενον ἐξουσίᾳ, μόνῃ λέγων τῇ θελήσει αὐτοῦ τοὺς μὲν εἰς δόξαν προορίσαι, τοὺς δὲ ἀπο-

ἀποβάλλειν εἰς κόλασιν, μηδαμῶς τὰ ἔργα αὐτῶν σκοπούμενον. ἤ τι ἂν γένοιτο ἀσεβέστερον.

Orat. p. 24.

Cyrillus Berrhoënsis Patriarcha CP. in Censura Synodali adversus Cyrilli Lucaris Confess. fidei promulgata cap. III.

Κηρύττω δογματίζουσι καὶ πιστεύουσι, τὰς μὲν τοῦ ἀγαθὸν θεὸν πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐκλέξασθαι εἰς δόξαν, καὶ προορίσασθαι ἔργων χωρὶς· τὰς δὲ πρὸ τῶν αἰώνων γενέσεως ἀποβεβλημένας αἰτίας χωρὶς, ἀνάθεμα.

Orat. pag. 25.

Parthenius in Decr. Synod. cap. XVII.

Τὴν θείαν δὲ εὐχαριστίαν οὕτω διαρρήγνωσιν, ὡς μηδὲν ἀντὶ ἕτερον εἰ μὴ τόπον ψιλὸν ἐγκαταλείπειν, ὡς ἂν εἰ ἔστι τῇ σκιᾷ τῶν παλαιῶν νόμων ἐλατρευόμεν. ἀ γὰρ Φησὶν εἶναι σῶμα χριστῶν ἀληθινὸν τὸν ὁρώμενον καὶ ἐσθιόμενον ἄρτον, ἤδη ἁγιασθέντα, ἀλλὰ τὸ νοούμενον πνευματικῶς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, φανταζόμενον. ὃ πάσης ἀσεβείας ἀνάπλεων. ὁ γὰρ Ιησοῦς οὐκ ἔφησε, τοῦτό ἐστιν ἡ τύπος τοῦ σώματος μου, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τοῦτο ἐσθιόμενον, καὶ λαμβανόμενον, καὶ ἐσθιόμενον, καὶ πλώμενον, ἁγιασθὲν ἤδη καὶ εὐλογηθέν.

Orat. pag. 24.

Cyrillus Berrhoënsis in Censura Synodali cap. III.

Κηρύττω δογματίζουσι καὶ πιστεύοντι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου οὐκ εἶναι ὅπερ ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται καὶ λαμβάνεται, ὡς ἀποβάτη τῶν σαρκῶν τοῦ πνευματικοῦ λογίου, καὶ ἐθελοκάκως τοῦ θεοπνεύστου διδασκάλου καὶ τοῦ μέχρι τρίτου ἀρρενοῦ ἀρπαγέντος Παύλου μὴ ἀκούοντι· Λάβετε, λέγοντος τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. Καὶ ἓν τῶν πνευματοφόρων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων θεσπιζομένων αὐτοῖς, λέξεσι, καὶ πρὸς τούτοις ἀποβλέποντι τὴν σύμφωνον θεσμοθεσίαν τοῦ πνεύματος τὴν ἐκ τῆς ἁγίας μεγάλης ἑβδόμης συνόδου γεγενημένην, ἀνάθεμα.

Errata sic corrigenda.

Pag. 8. lin. antepen. Stephan. Gerlachium *P. 9. l. 2. 3.* convetudinibus abstenturum, *P. 11. l. 2.* Synodicarum l. 2. propriæ *P. 12. l. 1.* nolint. *l. 20.* justitiam Dei esse causam *P. 13. l. 23.* Sanctæ Mauræ *P. 14. l. 5.* propagaret *l. 23.* Macedonianam *P. 15. l. 2.* argumentandi *P. 16. l. 8.* illas *l. 20.* χῶμεν *P. 17. l. 4. à fin.* Libro *P. 18. l. 28.* Fuit Ilium *P. 23. l. 11.* qui à Sede *P. 31. l. 4.* Arcudium.

ORATIONES JUBILARES DUÆ,

HEROICA

ELECTORUM SAXONIÆ CONSTANTIA IN RELIGIONE EVANGELICA.

Quarum Prior

de

FRIDERICO III. JOHANNE, & JOHANNE FRIDERICO;

Posterior

De

MAURITIO AUGUSTO, CHRISTIANO I. CHRISTIANO II. & JOHANNE GEORGIO

Heroe Constantissimo.

pro

Jubilæa Augustanæ Confessionis festivitate,

in alma Electorali Witteberga

scriptæ & habitæ

a

CORNELIO Crull.

ANNO 1630.

Leo X. Pontifex ad Fridericum III. Sax. Electorem:

Inter alia Domus Saxonicæ ornamenta, proprium illi semper fuit, quod Religionis esset observantissima.

Prostant Witebergæ, apud hæredes Samuelis Selfischii.

VIRIS

ILLUSTRI, GENEROSIS, MAGNIFICIS, Nobilissimis, Strenuissimis,

DN. JOACHIMO A Loß/
Dn. Hæreditario in Pilnitz/ Schönfeld/
Gratzyg & Jessen/
Cæs. Maj. Consiliario, Imperiiq; Romani
Archithesaurario Spectatissimo,

ET

Serenissimi

ELECTORIS SAXONIÆ CONSILII
Secretioris DIRECTORI eminentissimo;

Dn. VVOLFGANGO à LUTTICHAU
in Kmelen & Tschyrnaw/
Magni ELECTORIS SAXONIÆ Cancellario
& Consiliario gravissimo;

DN. FRIDERICO Metzschen/ Toparchæ
in Friesen & Reichenbach/ Protosynedrii
Elect. Sax. quod Dresdæ est, Præsidi
digniſsimo;

Dominis & Patronis suis magnificentissimis
obsequiosè

dicat

CORNELIUS Crull

RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,
AMBROSIUS RHODIUS,
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTOR, ET MATHEMATUM SUPERIORUM PROFESS. PUBL.

Civibus Academicis S. D.

QVod si Davidem, Josiam, Josaphatum & alios laude veræ pietatis & zeli in religione erga DEUM sacro in codice celebratos Principes consideremus, & Principum Electorum Friderici III, Johannis, & Johannis Friderici, sanctæ memoriæ, Ducum Saxon. zelum, constantiam, labores, vigilantiam in custodiendo verbi cœlestis depósito, cum ipsis conferamus, non certe minorem apud omnes recte atqve candide judicantes laudem obtinebunt. Illi veteris fœderis Reges superstitionem, idolomaniam & falsos Dei cultus delerunt. hi nostri errores pontificios & ψευδονύμους illuminas ex provinciis suis qvam longissime profligarunt. Illi remoto sanè doctrinæ adsperso expurgato, puram puram doctrinam θεοπνεύστου propagarunt: hi omnes rancidas hæreticorum verbo divino adnexas glossas eradicarunt. Illi incredibilis pietatis laude & lumine clarissimo subditis suis toriq; Ecclesiæ præluxerunt: hi non minus veræ ac sinceræ in DEUM religionis, devotæ pietatis, & singularis constantiæ exempla præbuerunt universis: qvippe qvi in tuenda retinendaq; verbi divini sinceritate præstiterunt

A

runt Constantiam admirabilem; & sibi pro aris & focis qvidvis perferendum moriendumqve judicarunt: nec qvidqvam indignius illustrissimâ domô Saxonicâ arbitrati sunt, qvàm si, pulsis densissimis Papistarum tenebris, lucem purioris doctrinæ in Ecclesiis ac locis ditionum suarum accensam omni conatu & viribus non amplecterentur atqve defenderent. Nimis longum hic foret narrando persequi, quos illi Heroes magnanimi & incomparabiles in mediis qvasi periculorum gravissimorum fluctibus & tempestatibus exantlaverint labores, qvibus cum difficultatibus conflictati fuerint, qvæ discrimina vitæ subierint, dum hoc enixè egerunt, ut ne qvà in innovatione à veteri illâ religionis Christianæ à B. Luthero, incredibili cum animorum & voluntatum in fundamento doctrinæ sacræ consensu, traditæ atqve illustratæ sinceritate & integritate recederetur. Qvorum vestigia Successores eorum laudabiliter presserunt, ac premere Dei beneficio etiamnum strenuè pergunt, adeoq; ut lux religionis Evangelicæ & orthodoxæ in hisce provinciis lucidissimo coruscet fulgore. Verùm enim verò hæc & alia longiori verborum anfractu complecti, nostri jam non est instituti, maximè qvum egregiè ac luculenter hoc præstiterit Vir Præstantissimus atqve Doctissimus Dn. Cornelius Crull, J. U. Candidatus meritissimus, qui pro pio ac religioso, qvod nuper felicissimè auspicati sumus, Jubilæo continuando, Discursum eruditum atqve elegantem de Heroica Electorum Sax. Constantia in Religione Evangelica concinnavit, eumq; in duas Orationes stilo Historico-Oratorio cõtextas dispertivit; qvarum alteram de Friderico III. Johanne, & Johanne Friderico, Saxon. Electoribus religiosissimis, crastino die

lori IX. habebit: alteram verò de D. MAURITIO, Au-
[illegible] & cæteris beatissimæ memoriæ Electoribus ad
[illegible]-Principem ac Dominum nostrum Clemen-
tissimum (cui vita, salus & felicitas perpetua!) simul ac
primùm occasio dabitur, recitabit. Ipse exercitii hujus
eximii autor tum ob pietatis cõstantiam, tum ob morum
elegantiam, tum denique ob doctrinæ præstantiam omni-
nò dignus est, cujus instituto laudatissimo & piissimo non
possimus non suffragari. Agite igitur studiosi juvenes,
& tempore præfinito in loco publico exercitationibus
hisce destinato frequentes confluite, atque hoc sive ho-
noris sive officii genere testatum facite, tum quantum
CHRISTO tribuatis ingenio, tum maximè quo adfectu
in Religionem Evangelicam ab Electoribus nostris pien-
tissimis asseri & alacriter defensam & propagatam, sitis
animati. T. P. Wittebergæ Dominicâ VII. post Trini-
tatis. Anno salutis per CHRISTUM recuperatæ
M D CXXX.

A j Oratio

ORATIO

HEROICA

ELECTORUM SAXONIÆ

FRIDERICI, JOHANNIS, ET JOHANNIS FRIDERICI CONSTANTIA

in Religione Evangelica.

RECTOR Magnifice, Vir Amplissime, Reverendi, Amplissimi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Nobilissimi, Prudentissimi, Humanissimi. Officium boni Principis est, non modo regionis, sed & religionis curam habere; Et potest ipse Princeps (Constantino teste) in Ecclesia Pontifex, Episcopus & inspector esse. Ut non insciè B. Lutherus Magistratus Politicos dicit: Episcopos in necessitate, Nothbischoffe/ quia defendant ministros verbi, & provideant, ut illud purè doceatur. Adeoq; non immeritò Illustres Germaniæ Principes & Status, in sacratissimis Imperii constitutionibus, honorifico nomine appellantur: Defensores & protectores fidei, Schützer vnd Schirmer des Glaubens. Quem titulum specialiter etiam Henricus VIII. Angliæ Rex, cum contra Lutherum scriberet, à Pontifice accepit, & successores ejus bodieq; jure quodam hereditario, in meliorem tamen sensum interpretati, usurpant; uti ex titulo, eorundem quotidie videre est. Quamvis eos à Catholicis rideri, quòd mutata religione se tamen vocent Defensores fidei scribat, Melchior Goldastus JCtus.

Dan: Otto de jur. publ. cap. 24. p. Ben. Carpz. de capit. Cas. cap. 2. n. 11. tom. 8. Jen: Germ. fol. 9.

R. A. anni 1524. §. Als auch.

Sleid. l. b. 3. pag. 64.

Arnis. lib. 2. de I. M. r. b. n. 15. de Regn. Bob. lib. 2. c. 16. n. 2.

Quapro-

Quæ præter beatas terræ quaterræ regiones illas, quibus
[illegible] Princeps & Dominus, cui salus populi supre-
[illegible] Lex Dei supremo [illegible]

[illegible] Assumamus nostrum omnis patriæ tuchra-
[illegible] quos scriptores beatam prædicarunt. Quæ præ-
clara multis multorũ etiam Pontificũ passim reperiuntur elogia;
[illegible] Sylvius jam annos ante multos vaticinè qua
[illegible] tè eò magna est, inquit, Germania, ut
nulli genti cedat; ita erit, quod affirmari ppterea potest, quia ea
est gens tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes
sibi, sicut adest Germanico populo Dominus Deus noster.
Mox [illegible] Leo X. & Adrianus VI. Pontifices Maximi
[illegible] Germaniam rondecorarunt; Quorum Hic, Ger-
mania semper lacessiti oppugnatores protrivisse, &
primam sedè religionis laudem obtinuisse, populumq;
illum ab omni vel suspicione hæresis alienissimum sem-
per [illegible], magnam Germanorum in reli-
gionem observantiam fuisse, & pro qua vitam aliquando
profudisse acerrimas dimicationes suscepisse, affirmat:
Hæc illi cum politissimis nostris Politicis, indubitanter con-
clusa erant: Germanos Imperatores meritissimo jure Christia-
nissimos inter numerari posse; Quicquid etiam alii contendant; Gallia
[illegible] pendsariter jure quidam hæreditario tri-
butarios esse, nec vera eorum injuriam ullo alio Rege illum sibi
[illegible] posse.

Tanta Julii Pflugii Naumburgensis Episcopi, & complura
aliorum pro Germania nostra sat locupletissima testimonia. Quæ
si deessent, Germania vera fuerint, quis de nobilissima Ger-
maniæ parte, Saxonia nostra, eadem negare ausus fuerit? Ut
[illegible] pus, ut per genera [illegible] (quod pauperum & miserorum
esse, JCti dicunt) transeamus. Specialissimam sanè pro Saxonia
nostra

Lupol. de Bab. de Vet. Zel. pr. Germ. in lib. quo graf. [illegible] Germ. diluit.

Sleid. l. lib. 3. p. 7. Sleid. l. 4. in pr.

Sleid. l. 3. p. 43.

Goldast. Polit. Imp. p. 1. pag. 596. Carpzob. de capit. Caf. c. 2. n. 9.

in Orat. de ordinand. Rep. Germ. p. 15.

Vest. Knichen Arum. Ber. lucb.

nostra suppetit testimonium. Testis nobis adest omni exceptione major; major sanctis Dei Pauli & Apostolorum dictis & epistolis, (his enim Rationem derogare posse Antonius Marianus & Carolus Ruinus JCti scribere non verentur) Leo X. felicis recordationis, Pontifex Romanus, à Joanne Tezelio B. Petro Apostolo asserit, quiparatus.

in addit. decis. Rotæ de bigamis n. 9. conf. 109. n. 1. Vol. 5.

Sleid. lib. 1. p. 1.

Hic ad Fridericum III. Saxoniæ Electorem scribens, Inter alia, inquit, Domus Saxonicæ ornamenta, proprium illi semper fuit, quòd religionis esset observantissimæ; Non igitur verisimile esse, quenquam ejus familiæ à suis degenerasse majoribus, ut illum qui de religione Christiana minùs bene sentiat, protegere & patrocinio suo fovere velit.

Sleid. lib. 1. p. 16.

Idem iisdem fere verbis non multo post ad Ungarum tum Pfeffingerum è Friderici consiliariis virum nobilem pro scribit. Et postea Campegius, Clementis 7. legatus, in literis ad Fridericum datis idipsum ingeminat.

Sleid. lib. 4. p. 87.

Quæ Pontificalia verba sana & Christiana sensa deprompsi, merito antea, aureisq; litteris notanda dixerim, nobis quoque obscurè innuunt, eandem, quam inde ab elapso seculo & ultrà ad hunc usque diem, in Serenissima Saxonia familia admiramur Evangelicæ religionis constantiam, nunc quodammodo hæreditariam, congenitam & quasi naturalem videri. Adeoq; (ut alibi Justinianus loquitur) divinæ quædam providentia consilia utinam, semper firmam atq; immutabilem permansuram; Contra quam nec portæ inferorum (ut in rem suam interpretatur Baronius) Reges & Principes Politici (addo & Clerici) unquam prævalebunt.

referente Paurm. l. 2. de jurisdict. c. 3. n. 43.

Faramur equidem, dolemus etiam, laudatissimos Serenissimæ hujus familiæ Majores quosdam tenebris illis Papæ quondam immersos fuisse, duramq; sub jugo Pontificio plus quàm Ægyptiaco aut Babylonico servitutem servisse; ac cæcis ductoribus seductos & suavi superstitionis fascino miserè correptos & deceptos Principes cur non excusabimus.

latè Hoffmer. in Sax. & Angel.

Quam-

Quam primum autem, ex immensa Dei bonitate, iterum orbi plenitudo temporis, quo Clementissimus DEUS B. Lutherum, eum veritatis Elium, in hunc mundum misit, cujus ministerio populum suum è tenebris illis Ægyptiacis (ut verbis Lutheri loquar) in clarissimam lucem & solis aspectum jucundissimum educere instituisset; Prima omnium hæc Serenissima Domus, *præ reliquis totius Europæ Regiis, Rebuspublicis & principatibus omnibus, sincero Dei omnipotentis verbo hospitium & receptaculum præbuit tutissimum.*

apud Sleidan. lib 13. p. 349.

Idque (ut Laurentio Fausto in anatomia Statuæ Daphnis *dictum est) non sine singulari mysterio factum fuit; Cum enim Electoratus Saxoniæ* sertum rutaceum *pro insignibus habeat, ut ejus virtutis a natura vis sit, (teste Plinio) ut ibi ubi crescit, serpentes non nascantur, nullum animantis venenosum genus illic degere possit: Eodem modo, cum Evangelium virus nullum ferre queat, & non nisi mundos amet locos; Illic potissimum doctrinam Papisticam cum Lutheranis diutius constare neutiquam potuisse, sed ut emarceret, necesse habuisse.* Hæc Faustus. *Quibus adjicio: Non minus fatale aut singulare videri illud; quod sincera & in terris Saxonicis primitus repurgata Evangelii doctrina, in multis celebrium Historicapolitico rum scriptis,* quasi ab autoribus & patria sua, Saxonica religio *appelletur, per excellentiam scilicet; Quemadmodum ferè eadem ratione,* Augustana, *qua vulgò dicitur* Confessio, *alias* Saxonica confessio *nominari consuevit; Eo fortè respectu, quod Elector Sax. ipsius etiam Caroli Cæsaris judicio, in asserenda & defendenda orthodoxa Evangelii doctrina,* præcipuus, *hoc est, præ reliquis constans & immotus fuerit.*

Wolff. tom. 2. lect. mem. cent. 16. p. 960.

Sleid. lib. 12. p. 310. lib. 23. p. 664. Bod. 4. de Rep. c. fin. p. Sleid. lib. 7. p. 173. in fin.

Sleid. lib. 7. p. 176. & 178.

Quam sempiternæ laudis & constantiæ gloriam, nobilissimæ huic genti & Serenissimæ Domui Saxonicæ, *ab augustissimis Europæ regnis, Anglia, Dania, Norwegia, Suecia, Gothia,*

Gothia, plurimis q; alijs Reb. publicis, ultrò delatum, non multis abhinc annis, quantum in nimium elevare, & acerbis insectari non erubuit Petrus Cursemius, Colonienſis Presbyter, *peculiari quodam ſcripto, cui titulum fecit:* Saxonia Catholica; *quo profitetur, ſe gloriosam Chriſtianæ fidei confeſſionem conſcribere, quam ad ſalutem animarum avitæ, Auguſtæ Domus Saxonicæ Principes, Reges & Imperatores coluerint. Ubi paſſim in ultoi adicteria & ſcommata in religionem Lutherano-Evangelicam evomens, diſertis verbis, Principes* Saxoniæ, qui à Romana Eccleſia diſceſſionem fecerunt, religionem deſtruxiſſe, *impudenter aſſerit. Quibus calumnijs tamen ne tenuiſſimum quidem rumorem Saxonicæ familiæ laudi detractum fuiſſe, ſamperidem ad oculum ſuit ejus Eorum. Major ſiquidem Principum horum pars & conſtantia ſemper fuit, quàm ut nullius maledicentia rebuſi vel labefactari poſſit.*

De quæ ſi verbis mentio opus, cum ipſa rerum teſtimonia adſint; attamen ter maximum a Sereniſſimæ Domus Saxonicæ *beneficia, univerſo terrarum Orbi, cuique primis autem Germaniæ collata, grata mente recolere & humillima animi devotione celebrare, debita pietas, bonoris & æquitas omnium jubet atque efflagitat.*

Quæ cogitatio cum mecum ac ſæpius animum meum ſubiret, maximè tamen circa hoc tempus, quod Sereniſſimus Saxoniæ Elector, Saxonicæ religionis protector potentiſſimus; Dominus noſter Clementiſſimus, *ſacrum & Jubilæum vobis feciſſe & eſſe voluit, idem non ſemel ruminabar, idem mihi non tam (ut tamen quotidie ſum) alias rursus beneficiorum, in hac inclyta, & religionis duabus Saxonicis Academijs celeberrimis, hucuſque per ætatem & quod excurrit, acceperunt, quàm quod cruentis hiſce temporibus, ubi* patria & domus ſua

tutissimum cuiq; refugium & receptaculum non amplius prabet, *saltum velut assylum & incorruptum animis pabulum sub saluifera illâ cura Saxonica habere hactenus licuerit.*

Debita ergo gratitudinis ut qualecunq; extaret monumentum, tum aliud non esset, pro continuanda Jubilei nostri festivitate, quædam pro ingenii tenuitate, hoc in loco dicere constitui. Ubi equidem subvereor, ne fortè non nemini actum agere videar, eo quòd hanc in rem, hac ipsa septimana Theologum & Poetam *nostrum utrumq; celeberrimum, sat graviter & suaviter dixisse meminerimus; At veniam, quisquis fuerit ille censor, dabit indulgentiorem, spero, ubi intellexerit, me cramben jam appositam retoquere noluisse.* Jac. Martini, August. Buchner.

Quamobrem pro convenienti orationis argumento seligere volui materiam de Heroica Electorum Saxoniæ Constantia in Religione Evangelica; *facta narratione inde à* FRIDERICO III. *ad modernum Serenissimum Electorem* JOHANNEM GEORGIUM, *Dominum nostrum Clementissimum.*

Quia verò materia hujus amplitudo & dignitas non patitur sese angustioribus unius Orationis cancellis circumscribi, ideoq; eandem duabus orationculis absolvere animum induxi. Ita quidem ut hac vice de FRIDERICO Sapiente & Pacifico, JOHANNE Constante & Bono, & JOHANNE FRIDERICO Magnanimo & Invicto, *verba facere liceat. Quod dum facio, non pro rei hujus majestate & dignitate, sed pro virili & ingenii tenuitate; Vestram,* Auditores honoratissimi, *appello gratiam, favorem & benevolentiam.*

Equidem tempus illud acceptum, quo Saxoniæ *inclutæ & Domui huic Serenissimæ salus contigit, incidit ferè in annum millesimum quingentesimum decimum septimum. Qui annus fatalis quodammodo multis fuit visus; Eò quòd numerum*

Caius in l. 2. ff. de in jus voc.

142

tum ejus literæ numerales perfectæ illius Prophetiæ fulbri[illegible]
Vbin & seraphin Io Cessab EL Vgge pro Gla Mada
exactè repræsentant, adeoq; (ut Johannes Wolffius loquitur inquit) admirabile vaticinium de tempore & ætate M. Lutheri apud omnes Christi fideles admirationi & memoriæ dignum constituerunt. Apud, pii viri, (inquit idem Wolffius) incipiente Luthero contra Papam scribere, tum demum Angelos Iqui prius conticuisse videbantur de isto ægro in lucem iterum erupisse; Sepultum enim antea Christum in lucem extulisse & veram hominum fidem in eum fundandam instaurasse.

tom. 2. lect. mem. cent. 16. pag. 78.

Porrò hoc ipsum salutis tempus, quo turbatis primùm animis verè & internè pax & quies primitus fuit restituta, cœpit atq; incidit in regimen & tempora FRIDERICI III. *Saxonis, Septemviri, cognomine* Sapientis & Pacifici, *Academiæ hujus fundatoris munificentissimi.*

nomen hoc à Germ. Fried/non a latino fœdus (unde/quidam fœdericus scribunt) deducitur. Hortled. disp. 2. de just. Bel. Germ. in corollar.

Nec id sine mysterio: *Vaticinium namq; eo tempore circumferebatur ejusmodi:* Imperator Fridericus quo do advenies liberabit sanctum sepulchrum Dominum. *Quia verò* (inquit Wolffius) *prophetiæ ita se habent, ut citiùs implentur quam intelligantur; similiq; modo hæc accidit: Nam Dux Saxoniæ* FRIDERICUS *Elector (ubi cœpit Lutherus Papatum refellere cœpit) Francofurti ad Electorum comitia consensit in Imperatorem electus fuit, & novus Imperator fuisset, si modo assensum præbuisset; sed propter senectutem Carolum V. voto suo Imperatorem designavit & periit. Perinde autem Deo est* (pergit Wolffius) *quem dux quis Cæsar fiat, modò sit. Idcirco hic Cæsar* FRIDERICUS, *id est* ELECTOR, *sed* KONIG, *per prædicationem* M. Lutheri *sanctum sepulchrum id est, sacram Scripturam (in qua veritas Christi extincta à Papistis sepulta jacebat) genuit mundo*

Wolff. d. l. p. 114. in fin.

[illegible] Regulares haereticos praetextu eiusdem eiiecerant, ne disputandi libertate uterentur (ut asserebant) liberavit per suos missos multos, & custodiam monachis & sacrificulis. [illegible] FRIDERICO Papistarum illud abrupte impletum fuit: [illegible]

Item FRIDERICI Friderici nostri, nescio quas singulares [illegible] Cortemius Coloniensis Presbyter, in sua Catholica Saxonia, ubi de Friderici expostcommunicatione in Imperiali mensa, primum in hoc verbum: Sed prae lachrymis quid dicam ulterius? Is est, qui infoelix horum temporum exordium incidit, quibus a divino Martino Luthero, tam multiplex religio & cultus Dei ineductus est, [illegible] super Fridericum beatissimum Principem, & supra piissimo laudatissimoq; Ejusdem posteros & successores: quam super se receptum sciret, & super filios tuos, [illegible] sed carnalem esse, & spiritualem. Hi sanctissimi Fridericiani sibi gratulati sunt de religionis instauratione, [illegible] cultum Dei a superstitionis expurgatione, & hoc expugnandi [illegible] de quo Angelus in Apocalypsi: Exite de Babylone, populo mi.

Quemadmodum autem initio FRIDERICUS, cum de doctrina Lutheri adhuc anceps esset, non statim Lutherum amplexus, sed eius causam [illegible] non admodum defenderet, (sicuti id ipse Lutherus adeo magnopere cupiebat, qui publico scripto testabatur; se nullius principis vel secularis potestatis auxilio vel praesidio, hac in re divina, quam in nomine Dei sit aggressus, indigere; Itaque ne requisivisse quidem aut implorare auxilium Friderici voluisse, sed ut in causa divina, divino duntaxat consilio & auxilio nitivsatius esse existimasse,) Atque etiam Legatis Pontificiis ostenderet, sibi nihil cum Lutheri causa commune fuisse, & ne nunc

pag. 189.

adde Hoffm. in Sax. Evang. sect. 1. p. 3. c. 3.

Ann. Faber lib. 2. de relig. reg. c. 5. n. 232. Dress. mill. 6. part. 2. in vita Friderici I. id.

Dress. d. l. in fin.

Sleid. lib. 2. p. 41. & 494.

nunc quidem esse. Audire se quidem Lutheri dogmata valde probari viris doctis & judicio præditis, verùm se nihil pronunciare & illi sua permittere defendenda.

Ant. Fab. d. lib. 2. cap. 5. n. 232.

Idq; sanè prudentissimum FRIDERICI *consilium erat: Nec enim exigui momenti rem esse arbitrabatur: Cum hominem defendere, qui Romanæ Ecclesiæ bellum indixisset, ex qua tunc omnes Reges Christiani pendebant; Nec parum interesse salutis communis judicabat, eam causam deserere, quam tanta multitudo doctorum & piorum hominum consectabatur.*

Pres. d. l.

Interim tamen FRIDERICUS *cursum illius doctrinæ, quem divinitus gubernari perspiciebat, impedire nolebat; sed hospitium & patrocinium Luthero & ejus sociis tribuebat, ut abusus & errores horrendos, qui in Ecclesiam invecti erant, corrigere, & lucem veritatis, secundum verbum Dei restituere possent. Ideoq; initio statim, etsi nullum Lutheri scriptum legisset, nec conciones audisset, morem tamen Pontificiis omnino non gerebat, & ne qua vis Luthero sociisq; fieret diligenter cavebat. Scilicet occulto & divino quasi motu jamdum agebatur* Princeps pientissimus.

Sleid. l. 1. p. 15.

Sleid. l. 1. p. 8.

Hinc Luthero à Pontifice citato & Romam evocato, sedulò Cajetanum Lutheri nomine interpellabat, eoq; rem deducebat, ut solutus necessitate proficiscendi Romam Lutherus, Augustam evocaretur, apud Cajetanum dicturus causam. Sic cum Cajetanus literis ad FRIDERICUM *datis instaret, ut Lutherum aut Romam mitteret, aut finibus ejiceret.* FRIDERICUS *inter alia multa pro Luthero adducta tandem respondet:*

Sleid. lib. 1. p. 13. & 14.

Sleid. d. l. p. 14.

Quod etiam à se petat, ut Lutherus vel Romæ sistatur vel è finibus exterminetur, id sibi non esse integrum. Primò quòd illius error nondum sit demonstratus, deinde, quòd maxima sit illud futurum Academiæ Wittebergensi

à se

& constitutæ jactura, quæ & multis ornata sit doctis atque studiosis hominibus, & Lutherum, ut hominem de se bene mericum, maxima complectatur benevolentia. *Et post pauca sic pergit* FRIDERICUS: Quemadmodum sciens & intelligens nullum errorem approbare, & sicut invitus admodum ab Ecclesiæ Romanæ observantia discedere velis, ita quoque se non posse Lutherum, nisi detecto primùm errore atque crimine damnare.

Talem tum temporis à Friderico *Cajetanus Cardinalis* [Sleid. p. 16. lib. 1. VVolff. tom. 2. lect. mem. p. 76.] *literas responsoriæ; Nec aliam Carolus Miltitius à Pontifice in* [Sleid. lib. 2. p. 41, 42, 48. 94.] *Germaniam missus, cum aurea sua rosa, quam Pontifex nomine Friderico offerebat, reportavit. Neque dissimile responsum accipiebant Valentinus Dithebius; itemq; Martinus Caracciolus & Hieronymus Aleander, Legati Pontificii, qui de duobus Friderico sollicitabant;* Primò ut Lutheri libros omnes cremari juberet; deinde ut illum vel capite plecteret, vel apud se Pontifici sisteret.

Ast ob assistentiæ temporis progressu, magis magisq; firmatus Fridericus, *non tamquàm* ipse veritatis amans, prudens, acumenariis judiciis alienissimus, eaq; fide & in religionem observantia esset, ut si vera fuissent, quæ de Lutthero ab adversariis delata erant, non passurus fuisset, suam propriam ad eum modum contaminari (*quemadmodum tale de* Friderico, *hujus Wittebergensis Academiæ & D. Lutheri judicium à Sleidano relatum est*) *sed quod de ea* [Sleid. lib. 1. p. 3. & 8. Sleid. l. 3. p. 63.] *causa temerè damnaretur & monstraretur sæpe etiam ab iis, qui magis adversariorum castra sequi vulgò credebantur. Inter quos erat ipse maximus Imperator Maximilianus I. qui* (*quid Lutthero admodum faveret & bonæ artes juvaret*) *judice Decemvirum Pfeffingerum,* Friderici *Legatum, hoc mandatis* [VVolff. tom. 2. lect. mem. p. 114.] *referre:*

referre: Ut hunc monachum tutaretur, ac bene haberet & tractaret; ipsis enim brevi ejus operam valde necessariam esse futuram, contra injurias & conatus Romanensium. *Legerat enim Imperator Lutheri disputationem contra vendidorem indulgentiarum Tzelium.* *Similiplane modo* Fridericus *ab Erasmo Roterodamo homine Pontificio per literas monitus erat.* Prodiere nuper, *inquit Erasmus*, lucubrationes aliquot M. Lutheri, simulq; rumor allatus est, hominem supra modum gravari autoritate Reverendissimi Cardinalis Sancti Sixti &c. *Et paulò post idem Erasmus:* Lutherus *(inquit)* mihi tam ignotus est quàm cui ignotissimus, ut suspectus esse non queam quasi faverim illi. Hujus lucubrationes nec tueri meum, nec improbare, ut quas hactenus non legerim nisi carptim. Certè vitam hominis nemo qui novit, non probat, quæ cum longissime absit ab omni suspicione avaritiæ atque ambitionis, Et morum innocentia vel apud Ethnicos favorem invenit; Quàm non congruit mansuetudini Theologicæ, prodinus ac ne perfecto quidem libro tam immaniter debachari in nomen ac famam probi viri: idque apud imperitam plebeculam, quæ prorsus careat judicio. Præsertim cum ille disputando proposuerit, eum omnium judicio se submiserit; quorum non oportuit. Nemo mordet, nemo dvocat, nemo revicit. Tantum vociferantur hæreticum, seditiosis clamoribus ad lapides provocant. Dicas eos sitire sanguinem humanum, non salutem animarum. Quò invisius est hæreseos nomen auribus Christianis, hoc minus committendum est, ut temerè in quemquam impingatur. Non statim quivis error hæresis est. Neque protinus hæreticum est quicquid huic aut illi displicet. Neq; semper fidei negotium agunt, qui prætextu

VVolff. d. l. p. 147. & 148. Sleid. lib. 1. p. 28.

huius-

hujusmodi splendidos titulos. Imò plerique; suum agunt negotium, vel quæstui suo consulentes, vel Tyrannidi. Quin præcipiti lædendi studio sæpè criminantur in alio quod ipsi domi probant. Nunc quidem nova comminiscuntur fundamenta (sic enim vocant) hoc est, novas leges condunt, per quas docent: hæreticum esse quicquid non placet &c. *Denique in fine Epistolæ subjicit Erasmus:* Hæc, Illustrissime Dux, eò scribo liberius, quò minus ad me pertinet causa Lutherana: Cæterùm ut Tuæ celsitudinis est, Christianam religionem pietate tua protegere; ita prudentiæ est, non committere, ut quisquam innocens, Te Justitiæ præside, sub prætextu pietatis aliquorum impietati dedatur. Quid istic (Romæ) de Luthero sentiant, nescio. Certè hic video, libros ipsius ab optimis quibusque cupidissimè legi.

Hactenus Erasmus; Cui Elector *inter alia sic respondit.* Non damnari ab eruditis causam Lutheranam, & D. Martini lucubrationes ab optimis quibusque istic cupidissimè legi, lætamur. Eoq; magis, quòd plerique hominum & eruditorum in nostris quoque Regionibus & Provinciis nedum externis, hominis tam vitam & mores, quàm eruditionem miro consensu laudant. Quod enim ipse tenuis in Saxonibus nostris degit, non tam hominum quam causæ dedimus, nihil minus unquam conati, quàm ut dignos præmiis pœna premeret. Nempe, DEO omnipotente juvante, committemus, ut nostro cuiquam innocenti quispiam suæ quærentium impietati dedatur &c.

Hæc sapientissima Friderici *responsio digna sanè est, quæ omnium Christianorum principum oculis præfixa, animis infixa hæreat. Sed neque hæc Ipsius verba sine*

effectu plane erant; Nam cum anno 1521. Wormatiæ Lutherus cum omnibus suis fautoribus & receptatoribus à Carolo Cæsare proscriberetur; Fridericus Princeps, è nobilitate nonnullos, quorum fidei compertam habebat, negotium dabat, ut in locum quendam secretiorem & ab hominum frequentia remotum (erat autem is locus Wartburgum seu Warteberg non procul ab Eisenaco) deducerent Lutherum, ubi tandi per usi causâ, ut ibi tumultuante palam & rugiente Leone delitesceret, quod quidem summa diligentia fiet & incognitus administratum.

Edictum Wormatiense extat integrum apud Goldast. tom. 1. & 2. Constit. Wolff. d. l. p. 778.

Sleid. d. l. p. 62.

Ex quibus omnib. de singulari Friderici erga Lutherum animo illiusque instituti effectu satis superq; constat. Facto autem hujus Principis in evolvendis Lutheri scriptis ardentissimum; ubi cum aliquando incidisset in illud de Magistratu, (quod extat in secundo tomo operum Lutheri) præ lætitia exultans subito inceptum manibus Deo gratias egit, quod ex sacris literis jam cognitum haberet, se constitutum esse in ejusmodi statu & ordine, qui Deum autorem habeat, & in quo bona conscientia versari Deoq; placere posset.

Gerhard. de Magist. pol. §. 3. & 78.

Atque hunc ipsum Friderici in sincerum verbi divini doctrinam amorem & constantiam, non universi Imperii Principes & Ordines, quos pro viribus id tenebantur Legato Pontificio promittebant) Non Anglus Rex Henricus quidem Fridericum ejus fratrem Joannem & Georgium patruelem Saxoniæ ducem, datis de Luthero conquestis, graviter deborthatus, ipse indolerant, neve permitterent, ut Dei verbum in populari lingua divulgetur; Non denique frequentes Pontificum Leonis X. Adriani 6. Clementis 7. interpellationes & sollicitationes, vel minimum turbare, mutare, aut evertere potuerunt.

Noriberg. an. 1522. Wolff. d. tom. 1. p. 200. in pr. Hortled. de caus. bel. Germ. lib. 1. c. 1. n. 17. Sleid. lib. 4. p. 88.

Omnia tamen hæc non cæco quodam aut temerario impetu, sed reprius cum doctissimis quibusq; deliberata, pie tandem egressus fuit. Unicum ejus rei exemplum (quod instar omnium est) de Missa primitus hic Witeberga intermissa & abrogata afferre placet: Lutherus in Patmo sive eremo sua delitescens, inter alia varia opuscula, etiam de Missa privata abroganda libellum emittit, quem fratribus suis Augustinianis inscribit, & ad fortitudinem & constantiam eos hortatur, simulq; persuadet, ut ritum Missarum Witeberga plane abrogent & intermittant; Quo cognito, Fridericus admodum sollicitus, ne turbas ea res, ac majorem aliquem motum excitaret, totius Academiæ sententiam exquiri & ad se referri jubet; Academia quatuor ad eam rem deligebat, Justum Jonam, Philippum Melanchthonem, Nicolaum Amstorffium, Johannem Dolcium: Hi cum Augustinianis collocuti, quid ipsorum esset propositi, renunciant, & simul, quanta Cœnæ Domini fieret injuria, demonstrant: Itaq; Principem orant, ut tantam impietatem, non uno solùm in templo, sed omnibus in locis aboleat, & veræ illius Cœnæ, juxta Christi mandatum & morem Apostolorum institutæ, & adversariorum contumelias omnes fortiter eludentur; ut hoc præsentissimum Dei donum, quo præcipuè sit ornatus, propter excitatam in ipsius populo Evangelii lucem, reverenter agnoscat.

Fab. lib. de rel. reg. c. 5. n. 232.

Sleid. lib. 3. p. 62.

Sleid. d. l. p. 63.

Sleid. d. l.

Addit FRIDERICUS: nihil omnino se, quod ad pietatem pertineat, prætermissurum: Sed quoniam res admodum sit ardua, sibi videri, non esse properandum, & per ipsos, qui pauci admodum sint, vix aliquid posse perfici. Quòd si scripturæ testimoniis causa nitatur, fore ut complures accedant, & tunc mutationem illam, quæ pia videbitur atque necessaria, multò posse commodiùs fieri; Se, qui scripturæ sit imperitus, ignorare,

quando ritus ille missarum viuatus, quem ipsi damnent, fuerit introductus, & quando ille, quem Apostoli dicuntur observasse, in desuetudinem venerit. Pleraq; omnia templa & Ecclesiastic orum collegia esse propter Missas instituta, maximis ad eam rem collatis reditibus, quod si minus absolute Missa, tamen ut possessionibus tueantur ea bona, quæ Missarum nomine donata sunt ultimi. *Quæ cum ita sint, cur non perturbentur, quemadmodum in Belgio? Et quidem ad ordinem reuocari non posse consilium esse omnes reliquos, & bonos & doctos, communicare negotium, videri ne cuiquam debere, cogi ad pietatem & tranquillitatem?*

Hæc & alia sapientissima Friderici consilia, plus satis necessarium facere quam cum pietate & circumspectione arduum hoc reformationis negotium suscipere voluerit. Ut prorsus immerito ab HENRICO Duce Brunsuicensi in vsum vocari videatur, de quo odio Alberti Moguntini, cui Magdeburgensem Archiepiscopatum inuidisse, hinc exhaustæ religionis ingressum. *Cui tamen tum tempori superstiti Duci reformationis hodie maledicere cessat Cutsemius in sua Catholica* [illegible] *aliquando vindicare conatus, PRODIDERUNT quotidie obstrictum redargui modis.* Paulo Leoni X. singularis beneuolentiæ [illegible] *fide Apostolica retinere volebat, inobediens fuerit, Lutheri fulmen & decretus. Quod cum Johannem patrem, & Hedwigem patruelem eorum filios ac nepotes, suo exemplo tanquam hunc, omnes post se traxerit. Quæ omnia & alia plurima Serenissimo Electori nostro, nunc felicissime regnanti, quasi in faciem Cutsemius non nimis oggerit; Quam verò illa rei suasionem meretur, [illegible] Dn. D. Henr. Hopffnerus in Euangelio Sessionis, quæ fuit* (ne quis [illegible]) *non eadem de Sanctorum ipsius gentis, [illegible] Ecclesiæ patris, Et Gratulatur sibi Electori, de tam sancto & Friderico illo Henrici exemplo, cum quo fuerit ad veritatem, præluente verbi diuini lucerna, cum suis decessoribus tradium esse, libenter fatetur; Quam etiam plus serenissimi, Ludouicus Friderici Electorum sacrat, ad omnium [illegible] semper vitæ, satis superq; demonstrauit, nuncupatæ illo tempore primæ Jubilæi Lutherano-Euangelicæ cuso, quod ex una parte* Friderici III.

Sleid. lib. 12. p. 347.
Sleid. d. l.
Cutsem. d. l. p. 189.
Cutsem. d. l. pag. 190.
Sellion. 1. part. §. c. 3. & c. 5. in epistola ad Hopffnerum dicto opere præfixa.
Hopff. d. l. c. 5. p. 179. in fin.

ex diuina Suæ Serenitatis *imaginem repræsentabat, cum inscriptione ista:*

SECULUM LUTHERANUM.
VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.

Quod igitur Dan. Brunfuscensis paulò acerbiùs olim dicebat; Impulsu Fri- *Sleid. lib. 17.*
derici principis Lutherum hanc excitasse religionis tragœdiam; Id nos p. 347.
decori accipiemus, Cui bello illum Deus regimen, ut captam
hanc tragœdiam opportunitate progressus hanc catastrophen imposuit, omni.
um salutem hæc res denique attulit.

Inscriptio ampliùs apud Chytræum est, TANTUM FRIDERICI beneficium
colligere recolere & sera posteritati, si qua fuerit, annunciare; Cum-
primis vero tuum hoc est, O WITEBERGA, Mons Sion altissimi. Tibi
nempe, præter infinita alia, soli æternum hoc honoris & gloriæ decus
obtigisse omnia Princeps tuus FRIDERICUS, ut Mater & Metro-
polis omnium fere Ecclesiarum Evangelicarum per omnem Christianorum or-
bem celeberrima existeret; Cujus beatissima providentia, hoc viderunt in-
quam lucem nostri temporis; quibus in monte non latebra Fridericus constituta
est inter Episcopalem sedem sanctæ illam, ut loquitur, Superiorem gen- *Lud. Perso. Orat. de Vitebergâ.*
dentium, ac omnium in Electorem S. cum sua sanctissima cruce, quæ
sola, omnibus Episcopis Romanensibus, est potentior, pares subje-
ctæ, inferior. FRIDERICO *primo dedit Deus Clementissimum*
gratiæ quod Jesus solus beneficio parere ab idolatriis hominum
cultibus primus ad bonum usque diem lux vere nobis fieret. Tantum hoc, FRIDE-
RICE *quantumcunque est, quod certe ingens est, totum profectum, est tuũ.* *Epitaphium Friderici quod extat integrum apud Chyt. Saxon. lib. 11. & Dress. Chron. Saxo. p. 1273.*
Tu hoc, O WITEBERGA, Dei Altissimi Mandatorium,
Et pacis stabilis sistere, nactus, bonis.
Cernitur ausficio, Dux Friderice, tuo,
Recepisse fidei hac tempestate Lumen,
Unicus & salutis premia digna dabit,
Tanta, tam sumpta, Germania tenebrarum a Albinetis,
Ut vix Verum intueri valeat oculis,
Ecclesiæ primum doctrinam Veneranda,
Detersa cepit pura nitere fides,
Induit hic vitæ vultus, interamq; colorem
Accepit tandem Religio ipsa suum.

Et cum Germani sumpsissent arma tyranni,
Contra Evangelium sanctaq; jussa Dei:
Doctores tibi cura fidos defendere soli,
Et late Christi spargere dogma fuit.
His tibi pro meritis grata praconia voce,
Posteritas omnis virq; puerq; canent.
Nulla tuas unquam virtutes nesciat atas,
Non jus in laudes mors habet atra tuas.

Mortuus FRIDERICUS, *non relictis liberis,* (*nam in cœlibatu vixerat*) *regionis & religionis suæ heredem & successorem habuit* JOHANNEM, *fratrem germanum, Principem nunquam satis laudatum, &* Saxonicæ *in religione* Constantiæ *verum & vivum quasi speculum. Cujus cognomen, quid quantumq; Ipse in religionis negotio præstiterit, satis superq; evincit.* CONSTANS *dictus est, quòd fuerit veritatis Evangelicæ confessor, assertor & defensor constantissimus, nullacujuscunq; periculi magnitudine deterritus.*

Initio principatus sui statim quoscunq; sectarios finibus suis excedere serio mandavit. Hos inter Thomas Muncerus & Andreas Carolostadius *tunc temporis facilè antesignani erant. Quorum ille cum factiosa & rustica sua plebecula, Principe nostro ulore, pœnas dedit meritissimas; In cujus sedit usq; multitudinis memoriam seu detestationem* (*quod scilicet rustici illi in vexillis suis depictam haberent retam*) *nobis hodieq; in proverbium abiit illud* (das ist der rechte Rädlinsführer) *quo ipso insigniores scelerum & seditionum autores designare solemus. Hic* (*Carolostadium intelligo*) *Iconomachus & Muncero aliisq; clandestinis illis doctoribus, qui visiones & colloquia cum Deo simulabant, admodum familiaris, Saxoniæ finibus quoq; ejectus fuerat.*

Sleid. lib. 2. in pr.

Limnæus lib. 2. de jur. publ. c. 9. n. 146.

Sleid. lib. 5. p. 128. & 129.

Prædictis hisce sectariis cum illo tempore supervenisset

Sleid. d. p. 129.

Ulrichus

Ulrichus Zuinglius Ecclesiæ Tigurinæ minister, à Luthero in articulo de Cœna Domini diversum docens; Joannes Elector cum Landgravio, huic malo cumprimis remedium allubere cupiebat (Marpurgi anno 1529. indicto hujus rei causâ Theologorum conventu; Sed quia hac operâ omnis perdita esset, (ut futurum B. Lutherus in epistola ad Landgravium data prædixerat) nec Cinglianis, quod longius in hac causa progressi essent, gradum facile revocare possent, nec ab opinione discedere vellent (referente Philippo in actis cum Cinglianis) Ibi statim Electori nobili cum iisdem amplius commune habuit. Eog. magis dolenter ferebat, quod ex Guilielmi Nassovii & Guilielmi Nevvenari Comitum, apud ipsum de religionis conciliatione jussu Cæsaris intercedentium, relatione intelligeret; Cæsari persuasum esse, si Zuinglii doctrinam ipse quoque probaret. Quinam graviter respondebat: Cujusmodi sit doctrinæ genus, & quid suæ ditionis Ecclesiæ ministri doceant, ex Augustana confessione satis esse notum; sed & hoc constare. Quum esset in Comitiis Augustæ, nullum sibi fuisse cum iis, qui Zvvingliani vulgo putantur, commercium; sed ne postea quidem, donec sententiam illi suam explanassent. Ejusdem se nunc esse propositi, & quam sit Augustæ professus doctrinam, in ea se beneficio DEI permansurum esse ad extremum usque spiritum, & orare, ut apud Cæsarem hoc nomine sese purgent.

Ea fuerunt JOHANNIS electoris confessionem, quam adeo etiam facto ipso jam ante probârat, cum Helvetios Constantiæ in fundus Smaldaldicum recipierentur, cupientibus per Legatum respondere: Non licere sibi cum ipsis, quoniam de Cœna Domini diversum sequantur dogma, societatem ullam coire: non se quidem latere, quanti sit illarum conjunctio, propter vires & potentiam, sed eò sibi minimè

Sleidan. lib. 6. in fin.

exant in actis cum Cinglianis apud Chytræ. in hist. Aug. Conf. p. 637.

Sleid. lib. 8. p. 200.

Sleid. d. l. pag. 201.

Sleid. lib. 8. p. 198.

minimè respiciendum, ne tristis inde sequatur exitus, quod ita accidisse Scriptura testatur, qui munienda sui causâ, cujusq; modi præsidiis usi fuissent. *En conscientiosum Principem: longè majorem sine dubio conscientiæ rationem habentem, atque* Salisburgensis ille Episcopus, *qui in Comitiis Augustanis, ex Philippo Melanthone (quem ad privatum colloquium vocaverat & in secundam horam noctis secum detinuerat) audito vocabulo (Conscientia) dixerat:* was Conscienz? der Kayser wird *conturbationē publicam* nicht leiden. *Quam vocem Episcopo (cujus cumprimis erat, conscientiarum & animarum pastorem esse) non satis dignam, olim* Cyclopicam *appellat* Reverendus admodum Theologus D. Joh. Olearius.

Sid. epistolam Justi Jonæ ad Lutheranos apud Chytræ. in histor. Aug. Confess.

Porrò nec minori zelo contra Pontificum & Pontificiorum fulmina contuaq;, pro sincera Evangelicæ veritatis confessione Electorum constantissimus. *Et primo quidem, cum in Comitiis Spirensibus, anno 1526. per legatos Cæsaris expositum esset:* Cæsarem imprimis velle atque mandare, ut Ordines communi consilio decernant, quomodo Edictum Cæsaris Wormatiense ab omnibus servetur, & in executionem veniat, & qua ratione mulctandi, qui contrà faciant. *Ibi Elector ea periculi magnitudine nequaquam commotus, de contrario defensionis fœdere cum sociis deliberare cœpit.* Sleid, l. 6. p. 136.

Sleid, lib. 6. pag. 139.

Tertio post anno, nempe 1529. ubi denuo in conventu Spirensi à Pontificiis contra Principes & Status, Evangelicos decretum esset; rursus Elector se cum sociis eidem opponit, solennissimè contra id protestatus, se ei nec assentiri nec obtemperare velle. Quapropter protestationem occasionem & originem dedit nomini Protestantium, *quod non solùm in Germania, sed & apud exteras quoque gentes, quæ certatim id assumpserunt, pervulgatum est atque celebre. Pro quo antea nomen Evangelicorum à nostratibus erat usurpatum; scilicet, quòd nullam* M. A. an. 1529. s. und nach dem cū seqq. Hortled. lib. 1. de caus. bel. Germ. c. 4. & 5. Thuan. lib. 1. p. 26. f. Sleid. lib. 6. p. 160. Goldast. tom. 3. Const. p. 405. in not.

legem

legem recipiendam dicerent, quæ ad salutem animarum pertineat, etsi quam Christus aut Apostoli dedissent. Vel (ut alii elatius dicunt) quòd doctrina nostra sit Evangelica, hoc est, præter omne illorum Christianum ad fidem & cultum necessarium, imprimis articulum de gratuita remissione peccatorum & hominis miseri coram Deo justificatione & salvatione, purissimè tradat. *Atque sic appellatio hæc ad* discernendam religionem nostram à Pontificia, quæ hominem propriis operis salvari dicit, *inservit. Eoq; nomine hodieq; recte utimur, & in Camera Imperiali, ipso nostræ fidei homines appellare tenentur Catholici. Quamvis id nobis maximè* obtrudant Cutsemius, *& novissimè* Dillingenses JCti illi Catholici, *qui sibi suaviter* Catholicorum *titulo abblandientes, non sine injuria nostrates* Acatholicos *appellitant; Usque adeò delirant, ut indigneutur & litem scribant iis, qui quandoq; ipsorum assentamento* Romano-Catholicos Römische Catholische *nominaverint. Quam otiosam & ventosam titulorum & verborum litem nunc non facio meam; sed tum Dilucidissimi* Cutsemii *commento, qui* fidem Pontificiam *ipsemet vocat* Religionem Catholicam Romanam, *ita scilicet, (quod jam olim Erasmus monebat,) hodieq; practicari videmus: Præcipiti, inquit,* lædendi studio sæpe criminantur in alio, quod ipsi domi probant. *Sed his relictis, redeo unde digressus eram.*

Bucholz. ad an. 1517. Polydor. Verg. de rer. inventor. lib. 8. c. 4.

Hopfin. in Evang. Sax. sect. 1. part. 1 c. 3.

in Sax. Cath. p. 189. in tr. d. Compos. pac. quæst. 70.

d. tract. quæst. 70. n. 98.

in Sax. Cathol. p. 156.

supr. in Epistola ad Fridericum III.

Et quanquam hactenus dicta sufficere possent, ad demonstrandam Electoris *singularem in fide constantiam, tamen multo majora Illius hac in re specimina supersunt,* Augustana Comitia, *anno 1530. celeberrima illa & magna (quæ à B. Luthero,* ultima ante diem extremum tuba *appellantur) quorum hoc tempore centesimum natalem Dei beneficio feliciter celebramus*, trux *habebant* exordium, medium truculentius,

apud Chytræ. in hist. Aug. Conf. p. 120.

lentius, & truculentissimum *denique fortiebatur animum*

Chytræ. in hist. Boh. A. C. p. 75.

Philippus Marsanbon ab Episcopo Salisburgensi ad privatum colloquium accersitus, ab eo rediit ad Fultum Iomam. Nihil (inquit) audivi nisi extremas minas & tantum non sententiam capitalem. *Quod ita futurum jam antea præsagiverat* B. Lutherus, *ad Theologos cum Electore ad comitia profectos scribens*; Credo (*inquit*) jam vos habere responsum adversariorum, quod expectari à vobis scribitis; Ista sunt, *Patres, Patres, Patres; Ecclesiam, Ecclesiam, Ecclesiam*, & consuetudo. Audituri estis, præterea è scripturis nihil. Sequentur minæ & jactantiæ usque in cœlum & infernum. Dominus autem dabit vobis Os & sapientiam. *Hæc Lutherus.*

Chyt. d. l. p. 159.

At omnibus hisce minis & malis Elector se haud quaquam unquem à sententia dimovebat, sed contra animosior ibat. Augustam *primus omnium veniens, à multis prærogatus, Theologos suos publicis in templis concionari permittebat; Ibidem à Cæsare adhuc absente per diversos annos easdem conciones intermitteret; Verum ille, quod salva conscientia assentiri non posset, Cæsari respondebat. Sed quid?* Cæsar postea *Augustam veniens sub vesperam, è vestigio per secretiorem aditum, Electori cæterùm Protestantibus severe mandat, ne easdem conciones primo quoque tempore abrogarent, dein ne posthac festum corporis Christi celebrandum esset, & Cæs. Maj. processionis ejus ordinem ducere in animo haberet, ipse quoque eidem processioni interesset.* *Adest Elector cum sectis per Georgium Brandeburgicum respondet* se hisce postulatis bona conscientia assentiri non posse. Ideoque reverenter petere ne Cæs. M. conscientiæ illorum onerari præcipiat. *Tum Cæsar diu multumque precibus irritus & nihil apud Cæs. M. habitum se dicens; Georgium Marchionem ad*

Sleid. lib. 7. p. 168.
Chytræ. d. l. p. 26. & 31
Chytræ. d. l. p. 37. & seq.
VVolff. tom. 2. lect. mem. p. 317.
VVolff. d. l.
Chy. l. 1. d. l.
VVolff. d. l. p. 318.

excan-

exanclescens, & animo constanti manum collo admovens, inter cætera dixit: malle se flexis genibus coram Cæsar. M. speculatori cervicem feriendam præbere, quàm Deum & SS. ipsius Evangelium abnegare. *Qua voce audita, Imperator placidissimè respondit;* Nicht Kopff ab/ nicht Kopff ab; *non hoc agi, ut vita cuipiam eripiatur, sed ut conciones abrogentur, (Maj. suam serio flagitare.* *Sed nondum acquiescebat Elector, ita ut disceptatio ea in multam noctem ad XI. usque horam protracta & postridie à sexta matutina ad usque XI. horam continuata fuerit.* *Cæsare verò nihil de proposito remittente, intercedentibus etiam quibusdam Catholicorum Principum apud Electorem, ut ea in re gratificaretur Cæs. Maj. & maximè, quod Cæs. Maj. utriusq; partis concionatoribus silentium imposuisset.* *Sic tandem* Elector *requisito super hoc Lutheri consilio, concionibus publicè intermittendis acquievit; ad processioni interesse noluit.*

VVolff. d. l.

VVolff. d. l. p. 342, 343.

